sine autoritate tutoris nō pōt obligari: illa regula p̄cedit qñ p̄n-
cipaliter obligaret̄: secus qñ obligatio venit in ɔ̄ñtiam. Ad istū
tex. rñdent ꝛ tenent secundū intellectū gloss. ꝛ tex. probet dictū a
23 simili. † Et in statutis nō procedimus a simili. Tene cōclusionē
Bar. ꝛ cōeꝫ quā etiam defendit Rapha. cu. hic. Et latius ꝛ sub-
tilius idem Raph. cu. in cōsi. clxxvj. qd̄ incipit statuto Papiēsi
cauetur. vbi oīno videas. Non obstat primū fundamentum dum
dicitur q̄ autoritas patris non est sufficiens ad obligandum fi-
lium. d. l. fi. §. pupillus. q2 rñdetur ḃm Bar. hic in §. impubes. ṡ.
ea. l. q̄ procedit in his in quibus filius tantū obligat̄: ꝛ sic proce
dit in mera obligatione: secus in actu in quo tractat̄ etiā de acq-
sitione vt in aditione hereditatis: vt statim plene dicam in vlti-
24 mo notabili. † Non obstat scdm̄ qd̄ in aditione hereditatis prin-
cipaliter venit acquisitio: ꝛ in ɔ̄ñtiam obligatio: ergo principalis
debet attēdi q2 respondetur q̄ istud procederet in maiore ꝛ etiā
in pupillo qñ esset acquisitio sine vexatione: alias sequeretur qd̄
cum hodie facto inuētario obligetur heres de suo. vt hic in glos.
qd̄ pupillus facto inuentario posset adire hereditatem sine tuto-
ris autoritate qd̄ non est verum per. l. sequentem. ꝛ ea que dixi. ṡ.
in precedenti notabili. Ultra scribentes adde q̄ contrarium etiā
consuluit Ang. in cōsi. cccxvij incipiē. statutum q̄ mulier vbi in
statuto ciuitatis Anchone disponēte q̄ mulier nullā obligatio
nem facere possit sine p̄ñtia ꝛ cōsensu duoꝝ consanguineoꝝ: cō
suluit q̄ tñ possit hereditatem adire non seruata solēnitate dicti
statuti: motus vt statim dicebam: q2 actus aditionis principali-
ter ordinat̄ ad acquirendum ꝛ principaliter quis adit eo aīo lꝫ ex
eo resultet etiam obligatio secūdario existentibus creditoribus ꝛ
legatarijs. Item quia in illa hereditate super qua cōsuluit nulli
erant creditores nec legatarij: quod ostendebat: q2 hoc non fuit
capitulatū nec p̄batū per partē aduersam prout debebat: ergo
25 nō sequitur adiuit hereditatē: ergo se obligauit. † Item quia sta-
tutum disponens q̄ mulier nō possit aliquem obligationē inire
intelligitur qñ se obligat principaliter: nō autem qñ principali-
26 ter sibi querit: lꝫ in quandā ɔ̄ñam obligetur: † quia verba statuto
rum semper intelligenda sunt per prius ꝛ non per illud qd̄ post-
ea venit in ɔ̄ñam. l. hoc legatū. ff. de lega. iij. ꝛ l. qui liberis. §. hec
verba. ff. de vulga. ꝛ pupil. alias sequeretur absurdum q̄ mulier
sine consensu consanguineorum non posset recipere donationē:
q2 recipiendo donationē obligaret̄ ad antidora. l. sed ꝛ si lege. §.
consuluit. ff. de peti. heredi. ꝛ l. ex hoc iure. cum glos. ff. de iusti. et
27 iure. † sed hoc est falsum: q2 statutū emanauit fauore mulierū vo-
lens earum fragilitati prouidere: ergo nō debet in earum odiū ꝛ
damnum retorqueri. l. qd̄ fauore. C. de legi. ꝛ l. nō eo minus. C. de
procu. Item nō posset procuratorē cōstituere ad negotia vel iu-
dicia: cū futura sit obligari ɔ̄trio iudicio mandati: qd̄ est falsum.
cum principaliter ad suā vtilitatem ꝛ suum cōmodum procura-
torem constituat. ꝛ refert Ange. in. l. mutū. §. j. ṡ. eo. se ita in dicta
cā obtinuisse sñiam in qua consuluit. Sed ad ista patet responsio
28 ex predictis. † ꝛ illud de obligatione ad antidora nō est habendū
29 in cōsideratione: cū sit obligatio inefficax ꝛ solum naturalis: † lꝫ
aliquos effectus habeat quos enumeraui in. d. l. ex hoc iure. vn-
de nō recedas ab opinione Bar. ꝛ cōmuni. Bene verū est q̄ vbi
in hereditate nō esset obligacio: ꝛ vbi nulli essent creditores nec
legatarij: tunc mulier sola posset adire hereditatē sine cōsensu cō
sanguineoꝝ. prout se fundauit Ang. in consilio p̄allegato ꝛ in
d. l. mutum. §. j. vbi etiā in hoc ita ibi tenent Imo. ꝛ ceteri Mod.
presertim do. Alex. quia tunc non obstaret statutum ex quo mu-
lier non obligatur. facit quod fortius tenebo. ṡ. in sequenti articu
30 lo in fine. † Predicta procedunt quando statutum loquitur per
vbum obligare: si autem loqueretur per verbum contrahere: vt
quia statutum diceret: quod mulier non possit contrahere sine cō
sensu consanguineorum: an posset hereditatem adire sine dicta
31 solennitate statuti. videretur q̄ sic: † q2 adire non est contrahere
sed quasi contrahere. l. apud iulianum. §. fi. ff. ex quib. cau. in pos.
eatur. ꝛ l. ex maleficijs. §. heres. ff. de actio. ꝛ obliga. Confirmatur
quia illa dictio quasi contrahere ostēdit qd̄ est improprie cōtra-
ctus: vt habetur in. l. ante nuptias. per glo. ꝛ alios vbi dixi. ṡ. so-
luto matrimonio. Et in statutis verba debent stricte ꝛ proprie ca
pi. l. j. §. si is qui nauem. versi. in re dubia. ff. de exercito. ꝛ l. quic-
quid astringende. in princi. ff. de verbo. obliga. Sed contrarium
32 videtur determinare Bar. † quia pro cōtractu accipitur omnis
obligatio. l. omnem. ff. de iudi. sed caue q2 tex. in. d. l. oēm. loquit̄
quo ad sortiēdū forum: vbi omnis ogligatio habet̄ pro contra
33 ctu. † nam quo ad sortiendum forū ɔ̄ctus capitur non solum lar-
ge: imo largissime vt veniat etiā quasi cōtractus ꝛ quasi delictuꝫ
ḃm. gl. in. c. fi. in verbo cōtratus. de foro cōpe. Alias in alia mate
ria secus esset: ḃm do Abb. ibi. Iste articulus est disputabilis ad
vtrāq̄ partē. Istam opinionē etiam tenent Pau. de ca. ꝛ Lud.
roma. in. l. mutū. ṡ. eo. ꝛ dicit Paul. de ca. q̄ vidit istā opinionē
Bar. de facto seruari in practica. ita etiā ɔ̄suluit Lud. ro. in ɔ̄sil.
cccxciij. incip. presupposito q̄ viua voce dictū. Ideꝫ tenet Ang.
de are. in. §. heres quoq̄. instit. de obliga. que ex quasi contractu.
¶ In contrarium se habet cōis opinio. nā contrariū tenēt Sal.
Imo. Rap. cu. ꝛ do. Christo. de castel. hic. Bal. Ang. Imo. Ra
pha. cu. do. Alexā. ꝛ Are. i. l. mutū. ṡ. eo. Bar. met in. l. labeo. §.
cōtractuꝫ per illū tex. ff. de verb. signi. do. Mateſi. in no. clxviij.
do. Abb. in. c. qua fronte in primo notabili. de appel. ꝛ dicit do.
Alex. in. d. l. mutū. q̄ ista est magis cōis opinio. Ideꝫ etiā tenet
Bar. sibimet cōtrarius in. d. l. apud iulianū. §. fi. per illū tex. vbi
tenet q̄ stāte statuto ciuitatis Tuderti q̄ mulier nō possit ɔ̄tra-
here sine consensu proximoꝝ consanguineorum tamen poterit
adire hereditatē: q2 adire nō est proprie cōtrahere: sed quasi con
trahere ꝛ statuta debēt accipi in propria significatione: ꝛ sic pō
34 dera Bar. velle † q̄ statutū loquens in cōtractu non habet locū
in quasi cōtractu. ꝛ ita nota. Bar. ꝛ sequit̄ do. Abb. cōsi. lxxij. qd̄
incipit quinq̄ dubia in. iij. col. ad fi. post glo. notabilē in. c. decet.
§. fi. in verbo processus. de immuni. eccle. in. vj. Idē tenet do. Ab.
in. d. c. qua fronte. in primo notabili. ꝛ in. c. cū ecclesia. de immu.
35 eccle. † Confirmo q2 statutū disponēs si quis turbet̄ in possessio-
ne nō trahitur ad quasi possessionē: ꝛ sic quādo turbaret̄ in iuri-
bus incorporalibus que quasi possident̄. l. iij. in p̄n. ff. de acquir.
pos. ita tenet Bal. in. c. lꝫ causam. in fi. de proba. Sed aduerte lꝫ
ista sit cōmunis opinio ꝛ durum esset ab ea in iudicando ꝛ consu
lendo recedere: tamē prima opinio semper visa est mihi in pun-
cto iuris verior pro qua bonū facit fūdamentū Lud. ꝛ Ange. de
36 aretio in locis p̄allegatis: † q2 quando in statuto vna sola ratio
potest reddi illa habetur pro expressa: ꝛ ex illa arguimus exten
siue ac si in statuto esset expressa. l. milites agrum. in prin. ff. de re
mili. gl. in. l. ɔ̄uis. ꝛ ibi expressius Bal. ꝛ alij. C. de fideicom. cuꝫ
meltis concordātijs et additionibus quas ibi dedi. Sed ratio
istius statuti requirentis consensum consanguineorū in cōtracti
bus mulierū fuit illa sola ne mulieres imbecillitate intellectus
illaqueentur. l. j. ꝛ. ij. ff. ad vellei. ꝛ. l. transactione. ꝛ ibi Bar. ꝛ alij
C. de transac. Ista met ratio militat in quasi contractu aditionis
hereditatis. ¶ Cōfirmatur per illud qd̄ tenent Bar. Bal. ꝛ alij
cōmuniter in. l. si vnus. §. pactus ne peteret in. iiij. col. ff. de pact. ꝛ
Bald. in rubri. ꝛ in. l. j. C. de pac. ꝛ Bald. in. l. pactum dotali. in
37 xxxi. q. ꝛ ibi Ludo. ro. C. de collatio. vbi tenent † q̄ predictū statu
tum loquēs in contractu habet etiam locū in liberatione ꝛ renun
tiatione: ꝛ tamen hec duo non sunt p̄prie cōtractus. d. l. labeo. §.
contractū. eo q2 militat identitas eiusdem rationis. ɔ̄uis cōtra
riū in hoc vltimo. teneat idē Bar. i. l. siue apud acta in. j. col. C. de
38 transac. vbi istud vltimū plene examinaui. † Accedat q̄ illud cē
setur esse statutum q̄ statuētes verisimiliter statuissent: si fuissent
interrogati: vt est glo. nota. in. l. tale pactum. §. fi. cum concordā
tijs quas ibi dedi. ff. de pactis. sed cui dubium q̄ si statuētes fuis
sent etiam interrogati de aditione hereditatis q̄ prohibuissent
mulierem etiā posse adire hereditatē sine dicto consensu consan
guineoꝝ propter fragilitatē ꝛ imbecillitatē sensus: sicut prohi
buerunt cōtrahere: ergo habetur pro expresse statuto: tamen ad
ista fundamēta respōdet do. Alexā. in. d. l. mutuꝫ. q̄ diuersa est
ratio inter cōtractus ꝛ quasi contractum aditionis hereditatis:
39 † q2 cōtractus dependet a voluntate duoꝝ et sic contrahentiū.
ideo in eis pōt mulier facilius fraudari: cum licitū sit cōtracti-
bus inuicē se decipere. l. in cause. ij. §. penul. ff. de minori. ꝛ l. itē si in
pretio. §. quēadmodum. ff. loca. secus in quasi contractu aditio-
nis hereditatis que pendet a voluntate vnius tātum. l. si auia. C.
de iure delibe. ꝛ l. pro herede in prin. ṡ. eo. ꝛ sic ibi non cadit peri
culum q̄ mulier a cōtrahēte decipiat̄. Sed ista solutio ɔ̄uis vi-
deatur colorata tamē nō est vera nec generalis: q2 etiā in aditio-
ne hereditatis potest mulier fraudari ꝛ decipi et induci vt adeat
per legatarios fideicōmissarios ꝛ creditores hereditarios. vt. l. si
legatarius. in verbo vel quadaꝫ alia fallacia heredi. persuasit. ff.
de dolo. ꝛ sic videtur etiam ibi mulierē ratio fragilitatis intelle-
ctus. cum ibi per supradictos possit mulier decipi sicut per con
40 trahētes. † Pro ista parte etiā facit q2 legatus seu ambasiator
habet preuilegiū a iure q̄ si contrahat in loco legationis ibi non
potest cōueniri durāte tēpore sue legationis. l. ij. §. oēs. ff. de iudi.
istud idem priuilegium extendit̄ ad aditioneꝫ hereditatis ibi fa
ctam ꝛ sic ad quasi ɔ̄ctum: vt est tex. in. l. de eo. ꝛ l. sequēti. ꝛ prin.
41 sequētis. ff. de iudi. † sic ius strictum ꝛ priuilegiatiuum loquens

in cõtractib⁹ habet etiã locũ in quaſi ↄctu.ꝗuis Are.in.d.l.mu
tum.in.v.col.In fi.dicat cõtrariũ:ꝙ priuilegiũ legati qñ cõtrahit
non extendit̃ ad quaſi contractũ aditionis per.d.l.de eo.in fi.ſed
24 vt dixi illi tex.mihi probant oppoſitũ.† Tenendo iſtam partẽ
eam limita vt procedat quãdo tractaret̃ de hereditate damnoſa:
ſecus quando hereditas eſſet lucroſa:⁊ fortius ſi eſſet opulenta:
tunc mulier poſſet eam adire non ſeruata ſolẽnitate ſtatuti:et ſic
non interueniente cõſenſu conſaguineorũ:per illud quod ſignã-
ter no.Bal.in.l.neqꝫ tutores.C.de contrahen.⁊ cõmit.ſtipu.vbi
dicit Bal. illum tex.eſſe tenendum menti ad ſtatuta de contracti
bus mulierum ꝙ non valeãt ſine preſentia propinquorũ.naꝫ in
telliguntur de cõtractibus dãnoſis nõ de vtilibus vt ibi.⁊.l.cum
hi.§.eam trãſactionẽ.cum gl.notabili.ff.de tranſactio.facit.l.nõ
ideo minus.C.de procura.Itẽ facit ꝙ egregie cõſuluit Lud.ro.
in conſi.cccliij.incip.viſa principali conſtitutione qua cautũ eſt:
43 vbi conſuluit † ꝙ ſtãte ſtatuto Bononiẽſi ꝙ minor nõ poſſit cõ-
trahere ſine preſentia officialium mercãtie ⁊ autoritate triũ eius
conſanguineorum.Tamen minor potuit facere cõtractum ſocie
tatis ſibi vtilẽ abſqꝫ dicta ſolennitate:quod bene ſigna.¶ Septi
mo nota ex tertia parte tex.in verſic.de ea autem.iuncto verſicu-
44 lo ſequẽti † duos caſus fallentiales in quibus pupillus poteſt
adire hereditatem ſine autoritate tutoris.tertium caſum poſui
ſ.in quinto notabili quando eſſet pupillus proximus pubertati
⁊ ſic doli capax:⁊ malitia suppleret etatẽ.de quo dicetur in.l.ſe
quenti.Quarto limita in pupillo filiofami.⁊ ſic exiſtẽte in pote
ſtate patris qui infantiã exceſſerit.naꝫ ſolus poteſt adire heredi
tatem ⁊ agnoſcere bonorũ poſſeſſionem:vel etiã repudiare patre
cõtradicente vel recuſante ei cõſentire.prout videt̃ eſſe tex.in.l.fi.
§.ſinautẽ in ſcđa.C.de bonis que libe.qđ eſt mirabile ſm Bal.ibi
⁊ ſm Raph.Fulg.ibi.eſt ſingulariſſimus caſus.Idẽ tenẽt Lu.
areti.⁊ latius do.Alex.in.l.ſequẽti.Ludo.et do.Alexan.in.l.bo
norum.C.qui admitti.⁊ ratio eſt ſm glo.in.d.§.ſinautem in ſecũ
45 da.in verbo facere.† quia filio exiſtente in poteſtate patris non
poteſt dari tutor nec curator.l.fi.in prin.C.de cura.furioſi.nec in
pupillo ſufficeret autoritas curatoris ad adeũdum hereditateꝫ
l.cum in vna.§.tutor.ff.de appella.⁊.l.cum quidaꝫ.C.de admini.
tuto.⁊ glo.in.l.ſequenti.Ego puto ꝙ iſta limitatio non ſit vera
quam etiam reprobat Raph.fulgo.in.d.§.ſinautem in ſecundo
eo quia non intelligit cauſam ſue aditionis.ergo ſolus adire non
poteſt quia militat ratio prohibitiua.tex.in.l.ſequen.prout de-
claraui.ſ.in quinto notabili.¶ Nec obſtat fundamentum tenen
46 tium contrarium † ꝙ filiusfami.exiſtẽs in poteſtate patris non
poteſt habere tutorem vel curatorem.in hoc errant.nam illud eſt
verum ſi pater vult adminiſtrare:alias ad illuꝫ actum quem pa-
ter non vult adminiſtrare poterit dari tutor:⁊ ſic ad adeundum
hereditatem:vt eſt tex.in.l.impuberi.⁊ ibi ad hoc no. Barto.ff.
de tuto.⁊ cura.da.ab his.Barto.i.d.l.cum in vna.§.tutor.facit
bene.l.fi.C.de ſenten.paſ.¶ Quinto limita quando pupillus ſo
lus ſine tutoris autoritate impleret conditionem ſub qua fuit in
47 ſtitutus a patre in cuius erat poteſtate.† nam incontinenti effi-
citur heres:vt eſt tex.notabilis in.l.cõditionibus pupillus.ff.de
conditio.⁊ demon.Ratio quia impleta cõditione efficitur ſuus
⁊ neceſſarius:⁊ ſic acquirit hereditatẽ ipſo iure ideo nõ eſt opus
autoritate tutoris:vt eſt tex.hic.Et iſtam rationẽ proprie voluit
tex.ibi dum dicit fieri neceſſarium heredem procedit iure patrie
48 poteſtatis ⁊ nõ conditionis explete.¶ † Octauo nota ex eodeꝫ
verſiculo ꝙ in obligatione que contrahitur per.l.ſine facto obli
gati:nõ requiritur autoritas adminiſtratoris:⁊ ſic in obligatio
ne legali nõ requirit̃ autoritas tutoris.facit.l.cõditionibus pu-
pillus.ſ.allegata in vltima limitatione.Item quando obligatio
contrahitur re ipſa ſine facto ſuo:tunc minor et etiam furioſus
obligatur.l.furioſus.ff.de actio.⁊ obli.cum concordãtijs allega
tis.ſ.in.iij.nota.vñ hic quãdo pupillus eſt ſuus neceſſarius he-
res:tunc diſpoſitio legalis facit filium ſuum heredem ipſo iure:
⁊ ideo nõ eſt opus miniſterio autoritatis tutorũ.Et ſic correlarie
no.ꝙ prohibitio obligationis non extenditur ad obligationem
49 a lege prouenientе.¶ † Unde facit ad.q.an bona minoris inue
cta ⁊ illata in domũ conductaꝫ ſint tacite obligata pro penſione
domus ꝗuis nõ interuenerit autoritas tutoris nec iudicis vide
retur ꝙ ſic:q2 illa eſt tacita obligatio legalis:vt hic.In contra-
riuꝫ facit:q2 deſcendit ex facto ſuo ſeu propter factũ eius q2 inue
xit ⁊ intulit res in domũ cõductam.ſed iſte text.loquitur qñ nul-
luꝫ factũ minoris interuenit.de qua.q.vide Bar.⁊ doc.in.l.certi
iuris.C.locati.⁊ in.l.itẽ quia.ff.de pac.Similiter facit ꝙ ſi minor
cõtraxit matrimoniũ ⁊ recepit dotẽ an bona eius immobilia ſint
tacite obligata ꝓ reſtitutione dotis ſine decreto iudicis ⁊ autori
tate tutoris:videret̃ ꝙ ſic cum ſit tacita obligatio legalis:vt hic.
Tamen in cõtrarium facit q2 interuenit factum minoris qui re-
cepit dotem.de qua.q.habes glo.in.l.fi.C.de legi.tuto.examinat
Bart.in.l.ſi conſtante.in prin.in.iiij.q.iij.q.princi.ff.ſolu.matri.

vbi plene dixi.iſtud notabile ⁊ iſtum tex.ꝙ qñ pupillus eſt ſuus
⁊ neceſſarius heres:lex facit eum ipſo iure heredẽ abſqꝫ aliqua
autoritate tutoris:intellige ſane ꝙ eſt ipſo iure heres: ſed cũ be-
neficio abſtinendi:vt tenet glo.hic in verbo neceſſarie.ꝙ benefi-
cium operatur ne interim poſſit cõueniri anteꝗ̃ ſe actualiter im
miſceat hereditati.Et tale beneficium preſumeretur durare niſi
per immixtionem probetur fuiſſe ſublatum.de quo dic vt per gl.
⁊ ſcribentes in.l.ſi cum dotẽ.§.ſed ſi filius.in verbo extiterit.ff.ſo
lu.mat.⁊ in.l.neceſſarijs.j.eo.⁊ ponit Bal.hic.¶ Nono ⁊ vltimo
50 nota in verſi.impubes.† ꝙ qñ pupillus ↄhit:vel quaſi ad vtilita
tem alterius illius iuſſu vel mãdato ibi non requirit̃ tutoris au-
toritas:q2 tunc non timet dãnum nec põt tractari de eius incom
modo ſed illius mandãtis.facit.l.ſed ⁊ ſi quis.§.fin.ff.de inſtito.
51 vnde facit iſte tex.notabil'r † ꝙ ſtãte ſtatuto ꝙ mulier non poſſit
ↄhere nec ſe obligare ſine cõſenſu duoꝝ propinquoꝝ qđ poterit
conſtitui procurator ad negotia:⁊ facere ↄctus noĩe alieno tanꝗ̃
ꝓcurator:q2 tale ſtatutũ intelligitur qñ ↄhit noĩe proprio:ſecus
qñ noĩe alieno ⁊ ad vtilitatẽ ⁊ dãnum alterius.argu.l.queſitũ.ff.
de in ius vocan.⁊.l.lis nulla.cum glo.ff.de iudi.⁊ quia tunc ĩpu-
tandum eſt ei qui conſtituit eam in procuratorẽ.l.cũ mãdato.in
prin.ff.de mino.⁊ ita in ſpecie tenẽt Ang.⁊ do.Alex.in.l.ꝗuis.
in prin.per illum tex.cum gl.ff.de acqui.poſ.⁊ ita ibi dicit Ang.
ſe obtinuiſſe de facto in ciuitate Florẽtie.⁊ ſequit̃ etiã Areti.hic.
Item ꝙ tale ſtatutũ diſponẽs ꝙ in ↄctibus minorũ vel mulierũ
debeat interuenire cõſenſus propinquorũ non habeat locum qñ
cõtrahunt noĩe alieno:tenẽt etiã Lud.⁊ do.Alex.in.l.queſitũ.ff.
de in ius vocan.Pau.de ca.in.§.cuicũqꝫ.§.ſi ab alieno.ff.de in-
ſtito.cum declaratione de qua ibi per eum.ſed Rapha.cu.in.l.
apud iulianũ.§.fi.in vna lectura.ff.ex qui.cau.in poſ.eatur.Dicit
ſe vidiſſe iſtam ſolẽnem qõnem de facto in muliere que ex forma
ſtatuti nõ poterat cõtrahere ſine cõſenſu propinquoꝝ:⁊ ipſa con
traxit tutorio noĩe ſine dicto cõſenſu ꝓpinquorũ an poterit ⁊ di
cit ſibi videri ꝙ nõ:per tex.in.l.fi.C.de legi.tuto.q2 ſi non eſt pro
ſe ſufficiens nec pro alio:vt ibi.Sed cum per predicta reprobat
do.Alex.in.d.l.queſitũ.⁊ q2 ceſſat rõ predicti ſtatuti quãtum ad
preiudicium ipſius mulieris cum ipſa non obligetur.Nec obſt.
d.l.fi.quia ratio huius.l.bene facit ꝙ non debuit dari tutrix.ſed
poſtꝗ̃ fuit data ⁊ datio valuit:tunc etiã cõtractus per eã celebra
tus dꝫ teneri.Contra iſtũ tex.oppo.Bart.de.l.fi.§.pupillus.ff.
de verb.oblig.⁊ rñdet vt hic per eum.⁊ cũ eo in ſpecie tranſeunt
Pau.de ca.⁊ do.Chriſto.de caſtel.hic.Sed iſta oppoſitio vt et
52 dicit Raph.cu.nõ meruit ad hunc tex.ſignari:† q2 hic pupillus
adeundo hereditatẽ iuſſu patris non obligat̃ in aliquo ſed obli-
gat patrẽ cuius iuſſu adit.Et poſito ꝙ filius obligaretur:tñ iſta
obligatio nõ remanet penes filium momento: ſed trãſit in patrẽ
ſicut ipſa acquiſitio.l.placet.j.eo.vnde iſta oppoſitio procedit re-
ſpecto iure nouo codicis ſm qđ in hereditate aduẽtitia filio acq-
ritur proprietas ⁊ ſic filius obligatur:⁊ tũc pater põt autorari a
filio in aditione hereditatis.l.ſi infanti.C.de iure delibe.q2 habet
vſumfructũ ⁊ ſic eſt legitimus adminiſtrator.l.j.C.de bo.mater.
53 † Et ad iſtã oppoſitionẽ vadit ſolutio Bar.ꝙ in his q̃ cõtinent
meram obligationẽ ſine acquiſitione non põt pupillus obligari
iuſſu patris.ita loquitur tex.in.d.l.fi.§.pupillus.⁊ text.in.§.pu-
pillus.in ver.fi.inſti.de inuti.ſtip.⁊ vtrobiqꝫ gl.aſſignat rationẽ
diuerſitatis quare pupillus obligetur cum autoritate tutoris ſꝫ
non cũ autoritate patris in cuius eſt ptãte:ſecus in his que con-
tinent etiam acquiſitionẽ:⁊ ſic vbi cũ obligatione eſt etiam iuncta
acquiſitio:vt eſt in additione hereditatis:⁊ tũc pupillus põt adi
re cũ iuſſu pr̃is.d.l.ſi infanti.cũ ſit legitimus adminiſtrator vt di
54 xi ſicut poſſet cũ autoritate tutoris vt hic.⁊.l.ſeq.† Et ſic iuſſus
partis qñ eſt legitimus adminiſtrator in impubere tm̃ operatur
ꝗ̃tum autoritas tutoris.¶ Gloſ.in verbo obligari poſſunt.Di
uiditur in quinqꝫ partes.In primo ponit primũ intellectum ad
tex.ꝙ hic ponat̃ dictũ:deinde eius declaratio.In ſcđa aſſignat
duplicẽ rationẽ ad tex.In tertia extẽdit tex.loquentẽ de pupillo
vt procedat in adulto habẽte curatorẽ.In quarta ponit quid de
infante.In qnta ⁊ vltima ponit ſcđm intellectũ ad tex.ꝙ ponat
dictũ ⁊ illud probet ꝑ ſimile.ſcđa ibi.⁊ eſt ratio.tertia ibi.idẽ de
adulto.quarta ibi.ſi aũt eſt infans.quinta ⁊ vltima eſt ibi.vel dic
ſcđo.Tu dic vt dixi.ſ.in prin.ꝙ iuriſconſultus hic ꝓcedit ſyllo-
giſtice:q2 preponit maiorẽ ꝓpoſitionẽ:deinde minorẽ: cõcluſio
nem aũt omittit tanꝗ̃ de ſe notam.

1 ☞ Que ſit ratio quare pupillus ſolus ſine auto.tuto. obligari
non poteſt.
2 Pupillus doli capax an poſſit adire ſine tuto.auto.
3 Pupillus proximus infantie põt adire here.cũ tuto.auto.lꝫ nõ
intelligat cauſam aditionis.
4 Pupillus non põt magis ſcire ꝗ̃ furioſus.
5 Que iure ordinario cõpetunt ſunt potentiora ꝗ̃ que extraordi-
nario.

Tutor non

6 Tutor non potest hereditatem de iure ciuili adire qñ pupillus est maior infante: secus tamē bo. pos. de iure pretorio.
7 Quando in aliquo actu de necessitate nō requirit̃ presentia iudicis: tunc si interueniat nullū fomentū prestat.
8 Aditio hereditatis pendet ab aio & voluntate adeuntis: ideo nō pōt fieri per procuratorem.
9 Aditio here. est magis potēs & magis solēnis q̄ agnitio bo. pos. q: transfert iura directa bo. pos. tantum vtilia.
10 Testamētū est actus potentior q̄ codicilli: & ideo in eo requirit̃ maior solennitas.
11 Bonorum pos. transffert etiā iura directa qñ nullus alius est futurus heres de iure ciuili.
12 Bonorū pos. est de iure pretorio & pretor innititur equitati: ideo nō requirit tantā rigorositatē in agnitione per tuto. fienda sicut in aditio. here.

Pupillus si fari. Pupill⁹ quāuis nō habeat rei scientiā nec iudiciū discretiuum: tū pōt cum auto. tuto. hereditatē
1 adire. h. d. tota lex. ¶ † Not. primo ex isto tex. rationē quare pupillus solus sine tutore non pōt adire hereditatem sibi delatam: q: non pōt scire nec discernere causam sue aditiōis: cū scire sit rem per causam cognoscere. vt inquit Philosophus primo ethicorū cū non possit fieri sine aliqua examinatione & discussione intellectus que hic vocat̃ discretio & non cadit in pupillo: lȝ aliqua vniuersalia posset scire que sine discursu sunt oībus nota. Ex ista ratione infertur q etiā si esset hereditas opulenta non posset adhuc solus pupillus adire cū non intelligat cām sue adi-
2 tionis. prout tenui in. l. precedenti. in. v. nota. ¶ † Scđo pōdera tex. dum dicit: lȝ huius etatis sit. nam satis innuit q si esset proximus pubertati: & sic doli capax: vt. l. j. §. an i pupillū. ff. deposi. & c. j. de deli. pue. & sic malitia suppleret etatē. l. ij. in pnc. C. si minor se maior. dixe. tunc posset scire & cognoscere cām aditionis. & sic posset adire sine tutore. prout videt̃ esse de mente Bar. & Raph. cu. hic. q procedit de plano in hereditate opulenta que nullū penitus incōmodum habet: vt declarat gl. in. l. si quis mihi bona. §. si seruus fisci. j. eo. & etiā in hereditate lucrosa per ea que dixi. s. in. l. precedenti. in. vj. not. in fin. Et ita limitabitur notabiliter. §. neq̄ tamen. in verbo q̄uis lucrosa sit. insti. de auto. tuto. sed in hereditate damnosa videretur dubiū per rationē quā assignat tex. in. l. precedenti. vbi dixi. ¶ Tamen doct. non bene enucleant istos casus cū nō videantur trāsire sine difficultate nisi limitentur dicta iura in pupillo doli capace in quo malitia suppleat etatem.
3 ¶ † Tertio not. q pupillus etiā proximus infantie possit adire hereditatem cū auto. tuto. q̄uis nō intelligat cām delationis hereditatis nec cām aditionis prout deberet: vt declarat gl. in. l. is potest. j. eo. & sic cū careat intellectu per rationē non videt̃ admittendus: tū dicit iste tex. in fi. q istud est fauorabiliter & benigne intelligēdum: vt intellectus pupilli suppleat̃ per tutorē. l. q̄uis. §. infans. ff. de acqui. pos. & illa cognitio que nō cadit in pupillo exi-
4 gitur in eius tutore fm Bar. in. l. is potest. j. eo. ¶ † Quarto no. q pupillus non pōt magis scire q̄ furiosus: intellige de scientia per cām de qua loquitur iste tex. al's nō procedit equiparatio: q: in furioso nullus penitus est intellectus cum equiparetur dormienti & quiescenti. l. ij. §. furiosus. ff. de iure codicil. & Bart. cum equiparat vni lapidi in. l. j. §. item acquirimus. in versi. ceterum. ff. de acquir. pos. Sed pupillus etiā proximus infantie habet aliqualē intellectū. l. j. §. penul. ff. de actio. & obli. & l. donatarum. C. de acqr. pos. & ideo obligat̃ naturaliter. l. j. in fi. & ibi gl. magistra. ff. de noua. q̄ obligatio nō cadit i furioso. ¶ Glo. fi. in ista. gl. ibi. at curatoris authoritas non sufficit pupillo. habes differentiā inter pupillum & adultum respectu curatoris: q: adultus respectu curatoris pōt adire hereditatem: secus in pupillo vt iuribus allegatis in glos. rationem diuersitatis assignat glo. in. l. cum in vna. §. tutor. & ibi sequitur Bar. ff. de appella. Aliā assignat do. Christo. de castel. hic. Aliam Raph. fulgo. in. l. potuit. C. de iure delib. sed illis pretermissis dic q melior ratio diuersitatis est: q: curator datur adulto iure ordinario: pupillo autē datur tutor. & si aliquādo pupillo datur curator datur extraordinarie & in sub
5 sidium. † sed potentiora sunt que iure ordinario cōpetunt q̄ que extraordinario. l. in cause. ij. in prin. ff. de minori. fm Bal. in. d. l. potuit. in. ij. q. & ibi Sali. in quinta opposiōne docto. in. §. neq̄.
6 insti. de auto. tuto. ¶ † In fi. glo. habes aliam differentiam inter hereditatē de iure ciuili quā tutor sol⁹ sine pupillo nō pōt adire quādo pupill⁹ est maior infante. d. l. potuit. & agnitionē bonorū pos. de iure pretorio que bene pōt fieri per solū tutorem, absq̄ cōsensu pupilli dato q sit maior infante. & posset ɔsentire. l. bonorū C. qui admit. & l. seruus. §. impubes. & l. tutor. & l. si pupillo. ff. de bonorū possef. idem tenent glo. in. d. l. potuit. et in. l. impuberi. ff. de tutori. & curato. datis ab his. q̄uis contrarium et male teneat glos. in. d. l. bonorum. et glos. in. l. sed nec ipsi. ff. ad trebellianum.

¶ Quarto rationes diuersitatis assignantur persuasiue sed nō concludentes. primam assignant Bald. & Sali. in. d. l. bonorum. & Jo. fab. in. §. neq̄. insti. de auto. tuto. q: agnitio bonorū. possessionis debet fieri in p̄sentia iudicis: & sic nō pōt vbiq̄ fieri. l. fi. C. qui admitti. ideo cū habeat fomentū iudicis nō requirit̃ consensus pupilli: secus in aditione hereditatis que pendet a solo aio & vera volūtate adeuntis & pōt vbiq̄ fieri. istam rationē sequit̃ do. Christo. de castel. hic. Eam etiā simpliciter sequit̃ do. Alex. hic. quā dicit videri ceteris minus periculosam. Sed eam reprobant Raph. ful. Lud. ro. & d. Alex. sibi cōtrarius in. d. l. bonorū. q: attenta ista ratione sequeret̃ q si aditio hereditatis fieret per tutorem in prin. in presentia iudicis q tunc nō requireret̃ ɔsensus pupilli: qđ est ɔtra generalitatē. d. l. potuit. Sed ad hoc potes facil-
7 ter respondere † q quādo in aliquo actu de necessitate non requiritur presentia iudicis: vt est in aditione hereditatis: tunc nullū fomētum prestat: vt. l. siue apud acta. in prin. & ibi Bal. i vltimo notabili ad hoc notat vbi dixi. C. de transac. secus qñ de necessitate requiritur vt in agnitione bonorū possessionis. l. fin. C. qui admitti. vnde in. l. si infanti. i fi. C. de iure delib. iudex supplet in aditione hereditatis in casu quando eius presentia est necessaria: vt in pupillo proximo infantie qui caret tutore. vide tamē text. in. l. profectitia. §. j. ff. de iure do. & in. l. ait pretor. §. permittit̃. ff. de mi-
8 no. Scđā rōnē assignat Ang. in. d. l. bonorū. † q: aditio hereditatis pēdet ab animo & volūtate adeūtis: vñ nō pōt p pcuratorē fieri. l. paulus. al's incipit p pcuratorem. j. e. ideo dȝ interuenire cōsensus pupilli cui acqrit̃: lȝ agnitio bonorū possessiōis ɔsistit i facto & pōt p pcuratorē fieri. l. iij. §. acqrere. ff. de bo. pos. ideo potest per aliū & sic per tutorē fieri sine pupillo istā sequunt̃ Paul. de cast. & d. Alex. in. d. l. bonorū q̄uis idē do. Alex. sibi cōtrari⁹ eam hic reprobat. Tu iunge ambas simul. Tertiā rationem assi-
9 gnat Lud. ro. in. d. l. bonorū. † q: aditio hereditatis est magis potens & magis solēnis: q: transffert iura directa q̄ bonorū possessio que transfert solū vtilia. §. quos autē. insti. de bo. pos. Mirū si requirit̃ maior solēnitas: & sic cōsensus pupilli simul cum tuto-
10 re: sicut in simili: † q: testamentum est actus potētior q̄ codicilli: ideo in eo requirit̃ maior solēnitas. l. fi. C. de codicil. Istam reprobat do. Alexan. in. d. l. bonorū. q: restitutio hereditatis ex causa fideicommissi transfert solū iura vtilia. l. pe. ad fi. C. ad trebel. & tamen non potest fieri soli tutori absq̄ pupillo. l. sed nec ipsi. ff. ad
11 trebel. † Ego reprobo etiā ex alio q: etiā bonorū possessio transfert iura directa quando nullus alius est futurus heres de iure ciuili: vt declarat Bar. post Dy. in. l. ij. ff. de bo. pos. ergo tunc solus tutor sine pupillo nō posset bonorū possessionē agnoscere cōtra iura preallegata nisi intelligas doctrinā Bar. in. d. l. ij. prout declarat do. Alex. in. d. l. ex asse in prin. in pe. & vlti. col. ff. ad trebel. Quartam & vltimā rationē assignat Bal. in. l. restituta. §. fi. ff. ad
12 trebel. que fuit ante eum Frācisci Tigrini in. d. l. potuit. † q: bonorum possessio est de iure pretorio qui pretor innititur equitati l. quod si ephesi. ff. de eo q certo loco. Ideo nō requirit tantam rigorositatem q etiā interueniat consensus pupilli sicut in hereditate que est de iure ciuili. Istam reprobat do. Alex. hic: q: nō est generalis. cum etiam sit bonorū possessio que introducitur de iure ciuili: vt. l. j. §. ff. vt ex legi. & senatuscon. bo. pos. de. ergo sequeret̃ q illam solus tutor nō posset agnoscere cōtra generalitatem iurium preallegatorū. Sed ad hoc responde. q illa bonorū possessio: vt ex. ll. est extraordinaria. vt dicit text. in. §. septima. institu. de bo. posse. glo. & doct. in. l. certum. C. vnde cogna. ideo de ea nō videtur arguendum.

1 ¶ Qui partē indiuidui fecit: totum fecisse videt̃ quod etiā negatiue procedit.
2 Testamentum debet fieri vnico contextu & vitiat̃ per interpositionem actus extranei non necessarij.



Si ex asse. Aditio partis trahitur in totum h. d. vidum⁹ in. l. j. & ij. s. e. ¶ † Nota ex isto tex. fm Bald. q qui partem indiuidui fecit totum fecisse videt̃. Adde q cōtrariū de directo notāt glo. Bar. & doc. in. l. furiosum. per illum tex. C. qui testa. fa. pos. q imo qui partem indiuidui fecit nihil fecisse videtur: q: nihil dicitur actum cū quid superest ad agēdum. l. cū fillamanū. C. de his quibus vt indig. et sic hic ponitur istud notabile affirmatiue: ibi vero ponitur negatiue. de ista ɔtrarietate nemo nec ibi nec alibi tangit. Credo vtrumq̄ verum in terminis suis propter diuersitatem rationis: q: hic pars hereditatis adita trahit ad se aliā: et sic totam hereditatem: quia nō potest scindi cum persona defuncti non possit pro parte representari. l. j. & ij. vbi dixi. s. codē. Et in istis terminis bene procedit notabile Bal. affirmatiuum hic q qui partem indiuidui fecit totū fecisse videtur: q: qui agnouit partem hereditatis totam dicitur agnouisse vt hoc text. sed. d. l. furiosum. loquit̃ quādo quis fecit partem testamēti: ista pars testamenti nō potest facere qđ totum sit factū: & sic nō potest aliam

partem trahere.ideo in totū vitiat᷑ vt ibi:⁊ tūc procedit aliud notabile negatiuū ꝙ qui partē indiuidui fecit nihil fecisse vr̄.nam testamentū est actus indiuiduus:vt ibi per gl.⁊ doc.ideo nō pōt valere pro parte ⁊ sic imperfectū:vt est tex.in.l.si is qui.⁊ in.l.ex ea scriptura.ff.de testa.⁊.l.fideicommissa.§.quoties.ff.de lega.ij.

2 †Hinc est ꝙ testamentū debet fieri totū vno cōtextu ⁊ vitiat᷑ per interpositionē actus extranei nō necessariū.l.heredes palam.§.fi.ff.de testa.⁊.l.cū antiquitas.C.eo.

1 ☞ Pupillus adeūdo here.cum auto.tuto.obligatur.

2 Impubes masculus dicitur vsq̄ ad.xiiij.annum ⁊ nō plus:femina vsq̄ ad.xij.

3 Pupillus soluens debitū naturaliter factū an possit illud repetere,vsq̄ ad restitutionē in integrum.⁊ nu.9.

4 Licet pupillus sit suus ⁊ necessarius heres de iure ciuili ⁊ sic videatur ipso iure teneri:tñ propter beneficiū abstinēdi qḋ habet a pretore:⁊ etiā q꞉ est pupillus nō videtur ꝙ ante immixtionē sit etiā naturaliter obligatus.

5 Filius etiam ignorans est suus ⁊ necessarius heres de iure ciuili quo ad ipsam simplicem suitatem sed non quo ad onera hereditaria.

6 Si pupillus adiuit vel se immiscuit sine auto.tuto.an obligetur naturaliter.

7 Si pupillus habet tutorē contrahēdo sine eius auto.an obligat᷑ naturaliter.

8 Facilius conceditur exceptio ꝙ̄ actio.

9 Pupillus absq̄ restitutione in integrū pōt repetere debitū naturale solutum.



Impuberibus. Ista lex seipsā summat:nō nō eget summario ſm Bart.⁊ Imo.Tamen pōt sic summari.impubes adiens sine tutore pōt abstinere sine restitutione in integrū pubes nō.h.d.¶ Gl.vnica reprobat duas opiniones Placē.quas sumebat ex ista.l. Et sic diuiditur in duas partes prin.Scḋa ibi.⁊ ſm hoc nō facit.Prima opinio Placē.qḋ pupillus q adiuit vel se immiscuit cū autoritate tutoris pōt abstinere vel repudiare mero iure absq̄ restitutione in integrum.

1 vltra gl.apte reprobat᷑ † q꞉ pupillus cū autoritate tutoris adeūdo hereditatē obligatur:vt.l.pupillus si fari.⁊.l.more.ſ.e.si ita est ergo nō potest repudiare:q꞉ si posset mero iure repudiare nō esset effectualiter obligatus.Item si non pōt repudiare hereditatem extranei quā adiuit solēniter cū autoritate tutoris:minus poterit abstinere ab hereditate patris cui se solēniter immiscuit

2 d.l.more.ver.de ea autē.ſ.eo.¶ †In ea gl.ibi impuberes vocat xxv.annis minores.gl.male dicit:q꞉ impubes masculus dicitur vsq̄ ad.xiiij.annū ⁊ nō plus.⁊ femina vsq̄ ad.xij.instit.qui.mo.tute.fi.in prin.⁊.l.qui duos.⁊.l.ex duobus.ff.de vulga.⁊ pupill'r dum glo.subdit ꝙ puberes vocat maiores.xxv.annis.⁊ sic etiā quinquagenarius appellatur pubes.adde tex.in.l.si furioso puberi ꝙ̄ꝙ maiori annis.xxv.ff.de cu.fu.sicut Bononiēses vocant omnes seruos etiā sexagenarios pueros ſm gl.in.l.pueri appellatio.in gloss.i.ff.de verbo.signi.facit tex.ij.q.vij.in.c.paulus.et

3 Isaie.c.ij.vbi dicitur maledictus puer centū annorū ¶ †In secunda parte vult glo.ꝙ iste tex.nō faciat pro scḋa opinione Placen.qui tenebat per istum tex.ꝙ pupillus soluens debitū naturaliter factū possit illud repetere absq̄ restitutione in integrū.nam ꝙ iste tex.nō faciat:patet ſm gl.q꞉ hic pupillus nō obligat᷑ naturaliter.⁊ hoc ꝓbat gl.a partib' sufficienter enumeratis.nā ante aditionē nō est obligat' naturaliter nec creditorib' nec legatariis

4 similiter nec post aditionē ex quo adiuit sine tutore.¶ †No.singulariter istam glo.in primo membro prout etiam eam no.Are.ꝙ lꝫ pupillus sit suus ⁊ necessarius heres de iure ciuili ⁊ sic videt᷑ ipso iure teneri:tñ ꝓpter beneficiū abstinēdi quod hꝫ a pretore:⁊ etiā q꞉ est pupillus nō videt᷑ ꝙ ante immixtionē sit etiā naturaliter obligatus:q꞉ etiā dato ꝙ esset maior:tamē q꞉ ista obligatio solum induceret᷑ a lege propter suitatem ⁊ preter consensum obligati qui scit se posse abstinere non videt᷑ ꝙ ibi oriat᷑ obligatio naturalis proprie sed ciuilis dūtaxat.vt declarat Bar.in.l.frater a fratre.in.ij.charta.in.iij.q.ff.de cōdi.indebi.⁊ sequitur Are.hic.

5 ¶ †Addo ꝙ filius etiā ignorās est suus ⁊ necessarius heres de iure ciuili vt dixi.istud procedit quo ad ipsam simplicem suitatē sed nō quo ad onera hereditaria.l.nam nec emancipatus.ff.de lega.i.ſm Bal.in.c.i.in fi.prin.de capi.corra.quē sequit᷑ do.Alex.in cōsi.lxxx.primi volu.incip.circa primū de quo querit᷑.s.coram quo domino in pe.col.in fi.Et ita tene ꝙ̄uis Barto.in.l.necessariis.ſ.e.dicat ꝙ illa naturalis posito ꝙ sit:tamen cū possit nouari per euentū cōditionis.s.si pupillus voluerit se abstinere p remediū pretoris:ergo illa est penitus inefficax.l.pecuniā.ff.si certum peta.⁊ sic nō est potens etiā ad retinendū ⁊ sic ad impeditionem soluti:qḋ vltimum reprobat Areti.hic:⁊ latius in.l.si filius qui patri.ff.de vulga.⁊ pupil.sed non est proprie materia nostra

6 ¶ †In scḋo membro glos.dum vult ꝙ qñ pupillus adiuit vel se immiscuit sine autoritate tutoris nō obliget᷑ naturaliter male dicit:q꞉ ex contractu vel quasi ꝯtractu inito sine autoritate tutoris regulariter obligat᷑ naturaliter si pupillus est doli capax.l.marcellus.ff.de fideius.⁊ in.l.ij.in fi.⁊ ibi gl.magistra.⁊ Bar.ff.de noua.et.l.si pupillus.in princi.ff.ad.l.falci.Tamen Iaco.de rauen.Cy.⁊ Ange.in.d.l.si pupillus.in princ.⁊ plenius Cy.in.l.i.C.de

7 inuti.stipu.tenent †ꝙ qñ pupillus habet tutorē ꝯtrahendo sine autoritate tutoris nō obligat᷑ naturaliter:moti:q꞉ tunc videtur equiparari prodigo.l.si curatorē hñs.C.de in integ.resti.mino.⁊ prodigus nō obligat᷑ naturaliter.l.is cui bonis.ff.de verb.ob.⁊ si ita teneremus tunc ista gl.procederet:sed do.Alex.in.d.l.si pupillus.in pñ.in.ij.no.dicit ꝙ magis cōis opinio doctorū i.d.l.i.ff.de noua.est ꝙ pupillus obliget᷑ naturaliter absq̄ eo ꝙ distinguatur an habeat tutorē vel nō:vt.l.fi.in prin.iuncto versi.sin vero creditor.ff.de iureiur.⁊ ad.d.l.si curatorē.respōdet ꝙ equiparantur quo ad ciuilē obligationem non autē quo ad naturalem:q꞉ datio tutoris vel curatoris nō interdicit alicui administrationem quā quis habebat iure naturali:vt p Bar.in.d.l.i.in fi.ff.de noua.¶ Vltra glo.que nō euadit istū tex.in secūdo membro.dic ꝙ ex alio iste tex.nō facit pro Placētino:q꞉ hic pupillus petēs ꝙ possit abstinere vel repudiare petit exceptionē sibi concedi ne a creditoribus vel legatariis conueniatur:⁊ ideo facilius cōcedēda:et sic sine restitutione:ibi vero petens naturaliter debitū tam solutum petit actionē sibi dari ad repetendū:⁊ ideo nō ita facile

8 conceditur:q꞉ nō sine restitutione co†q꞉ facilius cōceditur exceptio ꝙ̄ actio:vt.l.i.§.qḋ autē.ff.de superfi.Tamē licet iste tex.nō probet istā opinionem Placentini p predicta tamē est vera per tex.in.d.l.interdum.ff.de condi.indebi.vbi est tex.ꝙ qñ soluitur debitū naturaliter tantū interdū persona facit locū repetitioni:⁊ exēplificat tex.de pupillo ⁊ prodigo ⁊ nihil dicit de restitutio-

9 ne in integrū:ergo vult†ꝙ pupillus absq̄ bñficio restitutionis in integrū possit repetere debitū naturale solutum:⁊ ibi cū Placenti.tenent Bar.⁊ omnes citramontani.⁊ ibidē ego etiam bene tenui in penulti.⁊ vlti.col.

1 ☞ Filius cui delata est hereditas patris vel alterius ascendentis non pōt cōueniri a creditorib' here.nisi probetur prius ipm se immiscuisse hereditati.

2 Si filius cōueniatur tanq̄ heres ⁊ nō opponat aliquā exceptionem:tñ cum sit exceptio iuris ⁊ sic notoria iudex poterit eum ex officio absoluere sicut qñ quis ipso iure non tenetur.

3 Quod a.l.ciuili vel pretoria conceditur nō indiget impetratiōe:q꞉ frustra precibus implorat᷑ qḋ a iure cōmuni conceditur.

4 Vbi quis est tutus ipso iure nō est necessariū beneficiū restitutionis in integrū qḋ est subsidiarium ⁊ extraordinarium.

5 Ex contractu aui nō potest nepos ꝯueniri nisi sit eius heres mediate vel immediate.

6 Si quis protestet᷑ in presentia testium ꝙ nō agnoscit hereditatē per hoc non videtur eam repudiare.



Si quis se. Suo se nō immiscenti cōpetit ipso iure beneficiū abstinendi absq̄ aditione iudicis ⁊ nepos pōt se immiscere hereditati paterne ⁊ abstinere ab hereditate auita.h.d.⁊ hꝫ duas

1 partes.scḋa ibi.⁊ est in semestribus.¶ †Nota primo ꝙ filius cui delata est hereditas patris vel alterius ascendentis non pōt cōueniri a creditoribus hereditariis nisi probet᷑ prius ipsum se immiscuisse hereditati.⁊ istud onus probandi incūbit ipsis creditoribus agētibus:al's succūberet.ita ꝓbat ipe tex.⁊ sic suus heres propter beneficiū abstinendi habet fundatam intentionē suam si non probetur immixtio:lꝫ alias dicatur:si filius ergo heres:sed illud nō sufficit ad preiudiciū filij:⁊ ita etiā tꝫ glo.in.l.si cū dotē.§.transgrediamur.⁊ ibi doc.ff.solu.matri.⁊ gloss.in.l.necessariis.et ibi Bar.⁊ alij.ſ.e.⁊ glos.in.l.ita tamen.§.si pater.ff.ad trebel.Bene facit.l.i.⁊ ibi Bar.⁊ alij.C.si vt se ab heredi.absti.Idē tenent Bal.⁊ Imo.plene in.l.si fili' qui patri.ff.de vulga.⁊ pupi.⁊ ibi latius Are.in.i.col.ad fi.⁊ tribus sequentibus.Bald.in.c.i.in prin.in vlti.q.de capi.cōnradi.⁊ in.l.ij.C.ne filius pro patre.⁊ in.l.filio quem pater.ff.de lega.i.do.Abb.in.c.qḋ nobis.qui filii sint legi.do.Alexā.in consi.lxxij.v.vol.qḋ incipit viso ꝓcessu et omnibus actis.in.ij.col.Alibi tamen glo.in.§.i.in verbo parentes.in aut.vt hi q obligatas col.vi.tenet ꝙ filij ꝓsumūtur ipso iure sui heredes:⁊ sic obligantur creditoribus hereditariis:quia sunt filij:ergo heredes.⁊ illam glo.reputat singularē ⁊ a nemine allegatam Ludo.ro.in.l.necessariis.⁊ ibi do.Alex.in.iiij.col.i.codē.sed ante eum eam allegat ⁊ dicit esse singularē Bald.in.l.apud hostes.in vlti.col.C.de suis ⁊ legi.eam etiam allegat ⁊ dicit glos.ordinariam Bald.in.c.i.in.i.colū.an agna.vel filius et ibi etiam tenet ꝙ si aliud non appareat in dubio filius presumatur esse heres patris.Sed prima opinio est magis cōmunis ſm do.Alex.hic.⁊ in.d.§.trāsgrediamur.Pro qua vltra scribētes adde text.in.c.ij.

mio videt nō videtur immiscuisse post
protestatione christiani tex possemus intelligere
...

in.c.iij.in verbo si verum est quod asseritur. de pignori. vnde sm Ang. cautus dz esse agēs in practica ꝯ filium vt heredē: q; pbet illum immiscuisse hereditati paterne: al's succūberet: imo forti⁹
2 sm Pau. de ca. ꝛ latius Are. † si filius couenia͛r tāq; heres ꝛ nō opponat aliquā exceptionē: tñ cū sit exceptio iuris ꝛ sic notoria: l. ornamentorū. ff. de au. ꝛ arg. leg. cū puenit ab edicto pretoris: iudex poterit eū ex officio absoluere sicut quando qs ipso iure nō tenetur. vt no. gl. in. l. vbi pactū. C. de trāsac. facit qd tz Bal. i. l. j. in vlt. q. C. cōia de leg. ꝛ exceptio filij q nō possit conueniri nisi se immiscuerit est exceptio intētionis ꝛ facti: q presupponit filiū nō teneri ipso iure. iuxta glo. in. l. q se debere. ff. de cōdi. ob cau. ꝛ in. l. ij. ff. de excep. Idem sed alia ratione tz Bar. in. d. l. necessarijs vt retuli in. l. pcedēti. ℂ Scdō no. ibi nō est necesse ptorem adire.
3 ℂ † Adde pro beneficio abstinendi impetrando: q2 illud qd a. l. pretoria vel ciuili cōcedit͛ non indiget impetratione. l. que sub cō ditione. §. fi. ff. de condi. instit. q2 frustra precibus implora͛r a prin cipe vel a iudice illud qd a iure cōi concedit͛: vt. l. j. in fi. C. de the
4 sau. li. x. ꝛ. l. j. in fi. ff. ad muni. ℂ † Tertio not. ex scda parte ibi nō esse necesse pupillo in integrū restitui: qd vbi quis est tutus ipso iure nō est necessarium beneficium restitutionis in integrū qd est subsidiarium ꝛ extraordinarium ꝛ cōcedi͛r a pretore viro: vt. l. in
5 cause. ij. in prin. ff. de mino. ℂ † Quarto no. q ex ɔ̄ctu aui nō po test nepos cōueniri: nisi sit eius heres mediate vel immediate: q2 filius hereditatē non agnitā transfert ad heredem suum cū bñfi
6 cio abstinēdi. l. si quis filiufa. §. si filius. vbi dixi. s. e. ℂ † Quinto ꝛ vltimo no. diligēter tex. ibi cōstituerat nō agnoscere hereditatē: q si qs dicat vel protestet͛ in pñtia testiū q nō agnoscit hr̄ditatē: per hoc nō videt͛ eam repudiare: ꝛ sic per ista verba nō agnosco hereditatē paternā: non videt eam repudiare. Et illud strictius ostenditur per istū tex. q2 lz dixerit illa verba: tñ si aliquid amouit de hereditate obligaret͛ hereditati ꝛ amitteret beneficiū abstinē di vt hic: dum tex. subdit nec quicq; amouerat: ꝛ ibi glos. sup illo verbo amouerat/ sed si per pdicta verba repudiasset: nō ppterea qd amouisset aliquid hereditarium obligaretur hereditati. l. si seruum. §. fi. j. eo. ergo isto modo inducēdo probat iste textus in euitabiliter qd per illa verba non videatur repudiare: quam in ductionem not.

1 ℂ Substitutio est conditionalis institutio.
2 Qui potest adire potest repudiare.
3 Natura contrariorum est qd vbi non cadit vnum nō potest reli quum cadere.
4 Institutus sub conditione pendente conditione non potest re pudiare.
5 Repudians heredi. pendente conditione nihil agit.
6 Repudiatio que nō valet non debet prestare impedimentum.
7 Actus qui nullus est nō impedit reiteratione eiusdem actus.
8 Si papa concedat alicui primū beneficiū vacaturum in tali pro uincia ꝛ anteq; vacet acceptat nō tenet acceptatio: ꝛ ideo poterit quando vacabit acceptare.
9 Heres institutus sub conditione potestatiua non pōt repudiare licet quo ad quid habea͛r pro pure instituto.
10 Ei qui est creditor sub cōditione potestatiua que pēdet ex sua li bera volūtate: ita currit prescriptio ac si debitum esset purum.
11 Propositū hominis est mutabile.
12 Non est licitum penitere in preiudiciū iuris alteri quesiti: etiam mediante facto suo.
13 Quando principale nō valet nec illud qd tacite continetur tanq; accessorium.
14 Dubitans de morte testatoris non pōt hereditatē repudiare q2 nec adire.
15 Quando dubitatur vtrū testator viuat nō pōt renuntiari heredi tati etiam per pactum.
16 Dubietas superueniens de morte testa. nō vitiat aditionē prius factam.
17 Multa facta tenent que fieri prohibentur.
18 Valet repudiatio pendente cōditione: si fiat presente iudice.
19 Repudiatio iuris de futuro facta in iudicio valet ꝛ tenet.
20 Promissus de beneficio sub cōditione: si renuntiat corā episcopo valet talis renuntiatio.
21 Repudiatio facta in iudicio pēdente conditione valet ad hoc vt creditores mittantur in possessionem.
22 Quis non pōt a se abdicare magistratum quem gerit.
23 In his que nō pertinēt ad officiū iudicis si fiant presente iudice debet iudex acceptare p absente: secus in his que spectāt ad offi cium iudicis.
24 Quando aliquid dz fieri expressim: eo q2 fiat cōtra dispositionē iuris cōis: tunc bene requirit͛ q expressim fiat: alias sufficit fieri per coniecturas vel presumptiones.
25 Iuri de futuro pōt preiudicari per pactum.
26 Si repudiatio fiat presente aduersario: quia cū de eius cōmodo agatur: cēsetur consentire.
27 Bonorum pos. sm tabulas que tribuit͛ conditione pēdente nō tribuit ius sed nudā ꝛ simplicem administrationem factam sicut illa que competit curatori bonorum.
28 Bono. pos. que tribuit ius nō potest pēdente condi. agnosci nec repudiari.
29 Bono. pos. que tribuit ius potest pendente condi. repudiari in presentia iudicis.
30 In aditione vel repudiatione hereditatis de iure ciuili ad eius validitatē nō requirit͛ de necessitate presentia iudicis: ꝛ ideo si in terueniat nihil debet operari.
31 Renūtiatio iuris de futuro si fiat cū iuramento vz ꝛ tenet: sicut et pactū de non succedendo si est cum iuramento tollit ipso iure facultatem adeundi.
32 Iuramentum habet vim clausule vt actus valeat omni meliori modo quo potest.
33 Iuramentum semper debet seruari si nō vergit in detrimentum salutis eterne.
34 Si in transactione apponeret͛ iuramentū ꝛ nō valeret vt trāsactio valebit vt pactum propter iuramentum.
35 Iuramentum debet intelligi sm naturā actus super quo inter ponitur.
36 Iuramentum semper addit aliquid actui super quo interponi͛r.
37 Licet dictio qualisqualis sit geminata: ꝛ geminatio multū ope retur: tamen recipit restrictionē congruam.
38 Conditio potestatiua consistens in mera volūtate heredis extra nei non impedit hereditatē adiri vel repudiari.



Is qui. Hereditas potest repudiari que pōt adiri: ideo pendente cōditione vel pro pter dubitationē an testator viuat, nō pōt hereditas re pudiari. h. d. vsq; ad. §. fi. ꝛ sic vsq; ad. §. neq; filiusfami lias. Et pmo ponit regulā affirmatiuā: q hereditas ex testamen to vel ab itestato que pōt adiri pōt repudiari. Scdō ponū͛r tres casus in quib⁹ nō pōt adiri ꝛ sic nec repudiari: lz primus ꝛ ter tius casus tendunt ad idē: tamē sunt diuersi quādo hereditas nō est adhuc delata sed spera͛r deferri in aduentum cōditionis: ꝛ pri mus casus est in instituto sub conditione: secundus in substituto
1 vulgari. † Nā substitutio est conditionalis institutio. l. in ratione prima. §. si filio. ꝛ. §. qd vulgo. ff. ad. l. falci. gl. in rubri. ff. de vulga. ꝛ pupil. vbi declaraui. ꝛ isti duo casus solū procedūt ex testamē to. legitima autem hereditas ab intestato defert͛ ꝛ pure. Scdō ca sus est quādo heres dubitabat an testator viueret. ꝛ dicit Pau. de ca. q iste secūdus casus pōt habere locū tam ex testamēto q ab intestato: sed errat: nam istud bene posset in se pcedere sed nō ad istum tex. qui expresse loquit͛ quādo heres dubitabat an testa tor esset mortuus: si ergo loquit de testatore: ergo loquit͛ ex testa mento: ꝛ nō ab intestato: q uis etiā illud ab intestato posset in se esse verum: sed nō conuenit verbis istius tex. ℂ Nota primo ex
2 isto tex. duas regulas: vnam affirmatiuā ꝛ aliam negatiuā. † Re gula affirmatiua est: q qui pōt adire: pōt repudiare: et sicut sola voluntate hereditas adit͛: ita etiā sola voluntate perdit͛. l. si ania. C. de iure delibe. Regula negatiua est: q vbi non cadit aditio ibi etiā nō cadit repudiatio. cōcordat. l. is pōt. j. eo. ꝛ sic cōtrariorū ea dem est disciplina. l. prima cū vulgaribus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. per Bar. in. l. inter stipulantē. §. sacrā. ff. de verb. ob.
3 † Item natura contrariorū est: q vbi nō cadit vnum: nō pōt reli quū cadere. vt. l. cuius est velle. ff. de regu. iur. ꝛ. l. pater seuerinā in prin. cum gl. in verbo decesserit. ff. de cōdi. ꝛ demon. Ista regula negatiua semper procedit: q qui non pōt adire non potest repu diare. sed affirmatiua nō semper procedit: q2 pluribus modis di citur quis posse adire: ꝛ tamē nō omnis potētia facit: vt quis pos sit repudiare vt pulchre ꝛ subtiliter prosequitur Bar. in. l. is pōt
4 j. eo. ℂ † Scdō nota q institutus sub ɔditione pendēte cōditio ne non pōt repudiare: q2 hereditas nondū delata sicut nō potest adiri sic nec repudiari. Itē q2 iuri de futuro nō pōt renūtiari. l. si ita scriptū. §. si sub conditione. ff. de le. ij. ꝛ sic facit iste tex. lz Dy. Bal. Ang. ꝛ alios: q promissus de prebēda sub conditiōe nō po test ea pendēte illi renūtiare: q2 est ius de futuro. vt dixi. istud no tabile limitabit͛ aliquibus modis. j. in gl. in verbo nihil egit. vbi reseruo dicendū. ℂ Tertio bene pondera tex. qui bis dicit: nihil
5 agit † q repudians hereditatē pendente cōditione nihil agit: et sic repudiatio est ex toto nulla propter illā vniuersalē negatiuā nihil. l. si is qui ducenta. §. vtrū. ff. de reb. dub. ꝛ sic corollarie in fertur q eueniente postea cōditione non impedie͛t ipsam heredi tatem adire. l. nec is. §. fi. ꝛ ibi gl. fi. j. e o. Bar. hic in fi. ꝛ ceteri oēs cum eo. Adde bonum text. in. l. homine. ff. de opti. lega. quam etiam allegat Are. hic in fi. vbi est tex. solennis q qui renuntiat iuri nondum delato: ꝛ sic iuri de futuro: q2 renuntiatio nō valet:
positis in conditione valet: qr iniungendo onus in tacitum antecedens videtur eum instituere. ista. q. est valde dubia qd patet: qr bar. alibi relinquit eam indecisam in. d. l. sed & si sic. eam etiam relinquit indecisam Bal. in. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tol. nam dicit bal. qd tunc qr pendebat de facto nihil voluit decidere nihil decidit Ange. sed solum refert opi. in consi. vij. incip. ex dicto themate plura dubia possent oriri. ita etiam facit do. Pe. de vbal. de perusio in repe. c. raynu. in. lvj. char. de testa. videamus an opinio bart. in qua decidit sit vera. Istam opi. Bar. sequitur Are. hic. istam opi. barto. refert & simpliciter sequitur Ange. de are. in. §. fi. in pe. col. instit. de pupil. idem tenet Pe. de ancha. in repe. c. si pater. in. xij. not. de testa. in. vj. Pau. in cōsil. xxxviij. in cipien. dubium facit. Istam opin. bart. nouissime consulendo sequuti sunt plures docto. noui Perusini quos refert & sequitur do. Philip. perusinus in. l. ab eo. C. de fideicom. & tenendo opinio. bar. moti sunt: vt dicunt noua & pulchra consideratione. nam ex quo testator posuit filios filiorum in conditione tacite cogitauit hereditatem ad eos debere venire: istud dicit iurisconsultus in d. l. lucius. in fi. in verbo prudens cōsilium patris. & vnde postea inducēdo grauamē fideicō. ex ista noua tacita volūtate simul iūcta cū prima: & sic ex ista duplici rōne debet induci fideicō. quasi ex duplici tacita volūtate: lz ergo primū de per se non sufficeret. item nec scdm: cum ambo simul iuncta debēt potentius operari quā vnū de per se. aut. itaqz. & in corpore vnde sumitur. C. communia de succes. Tu autem aduerte qp licet ipse dicat quod ista cst sua noua consideratio dicas quod imo ista sunt verba Bartol. hic inquātū respondet ad gl. in. d. l. lucius. Pro opi. Bar. vltra allegata facit bene illa regula: quod testator qui vult 2ns videtur velle oē antecedens ad illud: vulga. l. ad rē mobilē. ff. de procu. l. ij. ff. de iurisditio. omniū iudi. l. illud. ff. de acquir. heredi. ex quo ergo testator iniungit onus fideicom. nepotibus: & non instituit eos heredes: videtur velle omne antecedens ad illud qd sint heredes: & ideo quando testator instituit seruum heredem in necessarium antecedens intelligitur relinquere libertatem. institu. de heredi. insti. in princi. & l. pe. C. de neces. seruis here. insti. imo fortius etiā in materia omnino odiosa qui vult cōsequens[a] vult antecedēs ad illud: quanto magis in testamentis quādo in materia mere odiosa: probo: nam dispensatio est materia mere odiosa: et tamē ego habeo: quod si papa dispensat cum illegitimo vt possit habere episcopatum: intelligatur etiam in necessarium antecedens quod possit presbyterari: qr sine sacerdotio nō posset esse episcopus. c. ex literis. de exces. prela. ita no. tenet Pe. de ancha. in cle. vnica. de consef. prebē. in. xv. col. i. v. oppo. idē tenet Abb. in. c. ex parte. el. ij. de deci. ¶Scdo pro opi. bartol. facit fortis tex. in. l. titia seio. §. seia libertis. ff. de leg. ij. quem text. ibi allegat Bal. pro opi. bar. vbi est tex. qp si testator legat predium libertis suis & grauat vnū qui vltimus moritur restituere prediū alteri: ibi est tex. qp per hoc grauamē intelligitur cū tacite substituere in partibus precedentium. ¶Tertio istam opi. bart. multum adiuuaret in pratica illa trita regula: quod quando in iudicando sunt dubie opiniones[b] tenenda est illa opi. que defendit testamentum & voluntatē testatoris. l. si pars. ff. de inoffi. test. ista sunt omnia

57 que credo posse adduci pro opi. Barto. ¶Tene cōtrariā opi. contra bart. que est vera & magis communis: & fm quā sepe cōsului contra bar. & adde qp ita tenet ipsemet Bar. sibi cōtrarius in consi. incip. Andreas cōdidit testamentum. vbi loquitur in istis terminis: & tenet qd quando substitutio fideicōmissaria est facta filijs filiorum: nō aliter institutis quod nō est valida. eandē opi. tenet late Alb. de ro. vbi plenius ponit qp alius quem legerim in repe. istius rubri. in col. cxxij. in materia compēdiose substi. in ver. sed qr testatores sepe vtuntur alijs verbis conformibus. vbi refert ad longū: quod ista questio al's fuit de facto in ciuitate Cesene. & qd Jaco. de bel. cōsuluit tale fideicōmissum valere: sed Ricar. malū. & Ray. consuluerūt contrarium: & ipse refert rationes eorum. ipse tenet opi. Ray. & Ricar. & sic contra Bar. idem tenet bal. in. l. ab eo. C. de fideicom. & in. l. sed & si sic. p illū tex. ff. de lega. ij. tenet Pet. de ancha. in cōsi. cxxxvj. incip. principaliter ponderandum est. ad fin. vbi concludit quod propter nouum dictum Bar. in hac. l. non est recedendum a cōmuni opi. ex quo idē bar. dubitauit & reliquit indecisum in. d. l. sed & si sic. eādem opinionē tenet Jo. de imo. hic. in pe. char. & plenius in. c. raynutius. in materia compendiose. & in. c. cum tibi. in. x. col. & seq. de testa. Raph. cu. in. l. lucius. s. titu. i. idem tenet do. Alex. hic: referens se bis cōsuluisse cōtra Bar. ¶Ego aūt inuenio qp plus qp quinquies: imo fortius septies. ita consuluit in cōsil. cv. incip. pōderatis verbis testamenti. in. i. volu. & 2si. lxvj. in. ij. volu. incip. viso testamēto in penul. et vlti. col. & pleni⁹ in cōsi. clxxxv. in. ij. volu. incip. viso titulo questionis in. xij. col. & seq. & in consi. cxxix. in. ij. volu. incip. viso testamēto. vbi attestatur qp ista opi. bart. est cōmuniter dānata in scholis & in palatijs. Et idem Alexā. in consil. xxi. in. iij. volu. incip. attentis his que in themate narrantur. & latius in consilio lv. in. iij. volu. incip. perspectis his que in themate narrantur. in viij. col. & tribus seq. Pro ista opi. contra Bar. facit vrgens ratio: que est ratio Jmo. in locis preallē. qr si verū esset fundamētū Bar. qp per istud solū qp testator grauauit nepotes fideicō. intelligeretur eis reliquisse hereditatē: eo qr grauādo censetur relinquere & sic qui vult cōsequens videtur velle omne antecedens necessarium ad illud: nunqz haberet locū regula quē nō honoro grauare non possum. l. ab eo. C. de fideicō. l. planc. ij. §. fi. cū. l. seq. & l. ciuitatib⁹. & l. nō amplius. ij. de leg. j. & d. l. sed & si sic. & ad istud fundamētū nō reperio qp aliquis respondeat saluo qp Aret. hic qz tenet opin. Bar. respondet: qp aliquando quis grauatur de reali qntitate que non 2sistit seu que nō est in patrimonio vel in hereditate testatoris: puta grauat me qp debeā dare vnā rem meā titio. & tūc pcedit regula. qp quē nō honoro grauare nō possum/ aliquando grauat aliquē de dando aliqd qd est in hereditate vel patrimonio testatoris: & tūc procedit proprie opi. bar. qr qn grauat de re sua in necessariū antecedēs vr relinquere: in istis terminis procedat. l. deniqz. in qua se fundat Bar. & sic opi. Bar. pcedit in istis terminis: & tūc nō hz locū regula. d. l. ab eo. & sic ista solutio est magna limitatio ad regulam: qp quem non honoro grauare nō possum. ¶Scdo pro ista parte cōtra Bar. allegatur tex. in. l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicō. libe. vbi si vnus heres grauatur in re hereditaria tota: nō p hoc videtur alia res sibi prelegata. sed debet a coheredibus emere illorum partē: ergo non est verum quod grauando intelligitur relinquere: & pondera tu quod ibi de directo est tex. contra solu. Areti. ¶Tertio qp testator adijciendo onus nō per hoc videatur tacite relinquere: allegatur trita ratio: quia inducta ad grauamen & ad diminutionem non debent operari cōtrarium effectum. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. l. legata inutiliter. ij. de lega. j. tamen vt reddam articulum bene disputatum: ad istud potes facile respōdere: qp inducta ad diminutionē non debent operari contrariū: est verū quando possunt operari illud: sed quando non possunt operari illud nisi augmentum pcedat: certe intelligitur in necessarium antecedēs illud necessario adiectum per tex. in. l. deniqz. §. interdum. alleg. per Bart. & per tex. in. l. proculus. ff. de vsufru. ¶Quarto pro ista parte allegatur tex. qui multū stringit in. l. hereditas ad statiū primū. s. tit. j. quem tex. no. Bal. & Rapha. cu. cōtra istam decisionē Bart. illū etiam allegat Alexā. & Are. hic: vbi est tex. qp testator adijciendo onus nō per hoc videtur tacite relinquere: vbi testator legando aliquid nō per hoc videtur eū heredē instituere. Ego inferius respondebo ad istū tex. Tenendo istam partem que est magis cōmunis cōtra Bar. nō obstant tria allegata per Bar. qr respon. Mod. & Jmo. in locis. s. allegatis. Non obst. tex. in. l. deniqz. de peculio lega. vbi testator grauādo &c. respon. qp ille tex. loquitur quādo aliquis grauauit de eo qd al's in aliquo casu consueuit sequi ipsum legatū: nam si datur libertas seruo in terminis intelligitur ei tacitum peculium donatū. secus in vltima volūtate. l. j. cū gl. C. de peculio eius q liber. mer. cū ergo aliquo casu peculiū intelligatur relictum nimirū si ibi adijciēdo onus in peculio intelligitur tacite relinquere peculiū: ista rnsio mihi nō placet: qr iurisconsultus in. §. interdū solū se fundat in ista ratione decidēdi: qr grauādo qp soluat centū de peculio: cū istud aliter fieri nō pōt nisi intelligatur peculium relictum: certe videtur peculiū relinquere: & qr ille tex. multū stringit per Bar. Adde qp Are. tenet cum Bar. per illum tex. Tu respōdeo, retorquendo illum tex. contra Bar. nam ibi grauando vt aliqd det de peculio intelligitur peculiū reliqisse: qr ibi testator grauauerat illū seruū cui reliquerat libertatē vt daret aliquid de peculio heredibus testatoris: & sic videtur voluisse qd heredes nō habeant aliud de peculio: merito seruus habebit reliquum peculij secus si fuisset grauatus dare aliqd de peculio tertio nō heredi: qr per hoc nō videretur sibi legatū peculiū. l. ij. §. fi. iūcta gl. in verbo dare. ff. de condi. ob cau. isto modo retorqueo illum tex. & fortiter contra Bar. qtuis Are. vt dixi per illum tex. motus est tenere cum Bar. & dicat qp difficile sit respōdere ad illum tex. Non obstat illud qd vult glo. in. l. alteri. in glos. j. in fi. ff. de adimen. lega. qr respondet Jmo. & bene: qp ibi loquitur quādo grauatus est executor testamētarius: ideo tale grauamen vz qr censetur relictum ab herede & sic ab honorato. Executor est nudus minister sicut quādo grauatur tutor de aliquo dando valet: qr censetur relictū a filio. l. pcto. §. mater. j. de leg. ij. facit regula. l. si seruus. §. margarita. j. de lega. j. & ita est clare de mente Bart. in. d. l. alteri. circa principio. post glo. ibi. & eiusdem Barto. in. l. titio. de lega. ij. & in. l. firmo. §. j. quando dies lega. vsufru. Non obst. tex. in. l. si ita stipulatio. qr ille tex. fm Jmo. & Moder. potest retorqueri cōtra Bar. arguendo a speciali. ibi enim ponitur specialis casus in quo contra regulas cōmunes illud qd est positum in vim conditionis inducit dispositionē puram: eo quia illud quod erat in dispositione non poterat peti iure singulari: tanqp esset appositum gratia honorande

a. ¶Qui vult 2ns. adde. l. ij. ff. d. iuris. oim iu. bar. in. l. illud. ff. d. acq. here.

b ¶Sunt dubie opi. adde l. sunt psone ff. de relig. & sum. fune. et in. c. fi. de re iudi.

honorande libertatis: arguendo ergo a speciali extra illũ casum stat regula generalis: quod que sunt in conditione nõ sunt in dispositione. l. si quis sub conditione dandorum. x. ff. si quis omis. causa. & ita ꝙ in illa. l. si ita. sic stipulatio sit casus specialis. dicit etiam bal. in. l. acceptã. in. vi. q. C. de vsur. Salic. & Raph. Fulg. in. l. si pacto quo penam. C. de pactis. Non ob. vltra Bar. argumentum quo vtebantur docto. Perusini: quia lз vnum solum quod nepotes sint in conditione nõ sufficiat nec illud solum quod sint grauati: tñ ista duo simul iuncta operantur validitatẽ fideicommissi. q: duo vincula &c. & fuit dictũ vt retuli Bart. dum respon. ad glo. in. l. lucius. q: dico ꝙ istud fundamentum non habet ob-
58 stare: & moueor optima ratione. † nã duo imperfecta si simul iungantur non inducunt dispositionem quando sunt ita imperfecta quod vnumquodqз de per se nihil operaẽ. secus si aliquid operatur de per se. l. j. cum gloss. C. qui numero tutela. istam doctrinam tradit in specie Bal. in. l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. sed in casu nostro vnũquodqз istorum de per se nihil operatur. Nam solum grauamen nihil operatur de per se: per regulam. l. ab eo. Item ꝙ nepotes sint in cõditione nihil operatur nisi qđ testator cogitauit eos ab intestato successuros dicit text. in. d. l. lucius. in fine in verbo prudens consilium patris. sed istud est nullius effectus: quia oĩno ab intestato successissent: cũ ergo ista de per se nihil operenẽ: ergo nec iuncta. Non ob. aliud fundamentũ qđ videtur bene stringere ꝙ qui vult cõsequens &c. etiam in odiosis: q: respondetur ad istud. reperio Bal. in. l. fina. in fi. in. xvj. oppo. C. de here. insti. vbi formaliter dicit: ꝙ dicta regula. l. illud. de acq. here. ꝙ qui vult consequens &c. non habet locum in. d. l. ab eo. q: ibi sub onere non includitur honor. & sic valeret fideicommissum ꝙ tamen est falsum per illum tex. omitto qđ ad illã regulã dantur alie limitationes quas ponit in illa. l. fi. Bal. Non obst. vltimo tex. in. l. titia seio. §. seia libertis. ff. de lega. ij. q: ad illum text. respon. dupliciter Barto. in dicta. l. ab eo. Alio & tertio modo respon Imo. & Alex. hic: sed q: nihil; boni dicunt ad illum text. respon. qđ in. §. seia libertis. quod ibi contingit propter duo copulatiue: & sic non ex simplici grauamine. est enim q: testator iniunxit onus vltimo morienti & iniunxit quod totum predium relinqueret vt videbimus per Barto. & doct. in. l. vel singulis. j. eod. dixi aliquãdo in. l. pe. C. de insti. & substi. quando alterum ex illis duobus deficeret nõ procederet ille tex. & per ista remaneat defensata sententia communis contra Barto. contra quem recolo plures consuluisse: si tamen velles defensare opinio. Barto. saltem disputando: quia inter cetera que alleg. contra Bart. allegatur tex. fortis in. l. hereditas ad statum. s. tit. j. vbi Bald. & Rapha. ponderant contra Bar. & Imo. & omnes Moder. q: respondeo no. qđ propter particulare legatum verum est ꝙ testator nõ intelligeret relinquere hereditatẽ: iste est proprie casus. d. l. hereditas ad statum. sed nos loquimur quando aliquis grauatur onere fideicommissi vniuersalis: ratio diuersitatis est in promptu q: qui vult consequens intelligitur velle antecedens: est verum nisi illud antecedens esset longe maius. Istam limitationẽ tradit Ludo. roma. in illa. l. illud. j. de acqui. heredi. secus si antecedens nõ esset longe maius. ad hoc ponderat text. not. in. l. pe. §. illo. C. de neces. ser. her. insti. iuncto prin. illius legis. & ille tex. optime facit pro isto. facit optime qđ vult Bar. ad istam solu. in. l. ij. ff. de iur. om. iudi. vbi precise in ista regula limitat nisi illud antecedẽs eet longe maius: sed si diceres nonne ista solu. confunditur per text. in. l. denique. §. interdum. ff. de pecul. lega. quia dico quod non. ¶ Circa quartam. q. Bar. Bar. examinat quatuor. q. in istã circa primam in alijs contentus ero recitatione: q: non sunt aliqua
59 addenda. † Pro ista decisione Bar. facit no. decisio Abbatis in consi. xxxvij. incip. videtur primo ꝙ sic. in. j. vol. vbi decidit do. Abb. quod si testator fecerit in prin. testamenti mentionẽ de filio simpliciter: intelligunẽ tam masculi ꝙ femine: si postea inferius in aliqua parte testamenti fecerit mentionem de filio masculo et adiecerit filio masculo apparet qđ in illo testamẽto semper intellexerit de filio masculo. & mouetur precise Abb. per regulam. l. si seruus pluriũ. ff. de leg. j. Secundo facit pro Barto. l. quam ipse allegat. sed & si adijciatur. ff. pro soc. & istam decisionẽ Abb. credo ꝙ nõ reperies in multis locis. ¶ Circa primã. q. Bar. adde qđ istud qđ hic tenet idem Bar. in. d. l. recusare. §. titius. per illũ tex. ita etiã tз Abb. in consi. qđ non reperitur incipien. circa duo dubia prescripta. verum q: Bar. non respondet ad. ll. in cõtrarium adductas. tu rñde fm Imo. & Moder. hic primo ad regulam. l. si seruus pluriũ. §. fi. qđ procedit quãdo illa vocabula ponuntur circa diuersa. secus si ponanẽ in eadẽ oratione ad. l. sed si adijciatur respõde vt ibi respon. Bar. qđ ideo ibi verbũ speciale in tex. restringit generalitatẽ verbi lucri: eo q: cõmuniter societas fit de lucris questuarijs. l. coire. ff. pro socio. & ideo contrahẽtes sic tacite intellexerunt: sed nos loquimur in vltimis voluntatibus in quibus verba debent intelligi vt augeant. ¶ Limita

decisionem bart. quando verbum directuñ venit ad determinationem precise & immediate verbis cõibus: vt q: testator dicat si filius moriaẽ in pupillari etate substituo heredẽ titiũ. verbũ heredem qđ est mere directũ restringit verbũ substituo vt intelligatur de directa substitutione. ita dicit bal. in. l. precibus. in. xij. co. in fi. C. eo. & probat ibi bene tex. in verbo scripsit heredẽ. idẽ tenet ange. in consi. cxj. incip. considerandum est. Jo. de imo. in. c. raynutius. in materia compendiose. & Alexã. contra. sed tu aduerte qđ bart. in seq. q. ad quam nõ aduertit Alex. ꝙ illud vbũ heredẽ stet demõstratiue. Sз non loquitur ibi bart. q quando verbum
60 heredem poniẽ simpliciter fm qđ dicam nunc in. q. bar. ¶ † No. etiã illã decisionẽ bar. circa clausulã que quotidie apponitur in testamẽtis: substituit vulgariter pupillariter: et per fideicõmis. quid operetur. & adde ide in qđ hic tenet bart. in. l. si titio vsuffr. ff. de vsufruc. lega. bart. Ang. & Pau. in. d. l. recusare. §. si titius. & sequuẽ Alex. & Are. hic latius reprehendẽtes Imo. & Raph. tenentes cõtrarium. Et adde qđ vult Bar. in. l. querebatur. per illum tex. ff. de test. mili. ¶ Circa scdam. q. ꝙ verba in dubio psumuntur potius adiecta demonstratiue ꝙ dispositiue. adde qđ dixi s. in. j. q.

Adde consilium Alex. xx. inci. viso processu. circa mediũ. in. j. volu. qui consuluit in. q. extra glo. vbi sunt ali-
61 qua bona. ¶ † Circa tertiam qõnem: ista questio est terribilis vt dicit barto. põdera Bar. & gl. quã allegat: q: illa glo. loquiẽ de verbo relinquo: verbũ relinquo adiectum certe portioni hereditatis nõ trahitur ad institutionẽ: quando alius est heres vniuersalis: vult ergo bart. ꝙ verbũ relinquo sit cõe. istud presupponit etiam. s. in. iij. q. prin. in fi. & istud solet cõiter teneri per scribẽtes hic: in. d. l. his verbis. tamẽ Ang. in cõsi. cxlix. tenet expresse cõtrarium: ꝙ imo verbũ relinquo sit obliquum. lз aliqñ importet institutionẽ. ita ponderat velle Dy. & bart. in. l. cogi. §. generaliter. in summario illius tex. ff. ad treb. aduertas etiã ꝙ nõ solũ substitutio qñ fit per verbũ cõe: sed etiã qñ fit per verbũ obliquũ & directum & ita dicit bart. in fi. col. in pn. j. eo. ꝙ verbũ cõe adiectũ certe portioni nõ trahiẽ ad institutionẽ sed dicã. j. vbi bart. ¶ Not. diligenter ista verba bart. q: ex his habes duo ad intellectũ. l. coheredi. §. fi. vbi est tex. sing. ꝙ substitutus ĩ certa re detracta mẽtiõe illius rei est substitutus in tota hereditate hз locũ et procedit qñ est substitutus p vbũ directũ & ciuile. secus si esset p vba directa nõ ciuilia. ¶ Scdo no. vult magnaз extensionẽ ad illuз. §. fi. vbi est tex. &c. q: ille tex. ampliaẽ etiã si esset alius substitutus in alia portione sed per verba cõia. & ratio est: q: ille habeẽ loco fideicõmissarij. vt
62 hic per Bar. ¶ † Circa quintam. q. & vltimã principalem cõcludit bar. ꝙ verbũ instituo & verbũ heres esto est verbũ directũ. lз
a substituo verbum & verbũ relinquo[a] est verbũ cõe: imo plus sunt verba ciuilia vt bart. declarat. s. in. iij. q. prin. vbi dixi: reperio ꝙ do. Anto. de bu. in cõsi. lxxvi. incip. viso puncto & quesitis. ad fi. tenet ꝙ verbum instituo de propria significatione nõ comprehẽdit substitutionẽ: & ita consuluit: sed non credo ꝙ verũ dicat. & in contrarium allego tex. in. l. mulier. §. fi. & ibi no. bal. ff. de condit. institu. & hoc anno pluries allegaui. nã in cõditione verba debẽt proprie accipi. l. qui heredi. & l. meuius. ff. de condi. & demon. verbum instituo positum in cõditione verificatur in substitutione: & ꝙ verbũ instituo adapteẽ substitutioni: no. bar. in. l. qui liberis. §. hec verba. in fi. s. eo. vbi corrupte notat ex illo tex. lз debuit notare ex. l. seq. in verbo instituit. Et ibi Imo. hoc no. probat tex. in l. j. in prin. & ibi bal. Ange. & Moder. ad hoc no. s. e. probat tex. in. l. si quis mihi bona. §. fi. in ver. ideqз. vbi bal. not. ff. de acquir. heredi. habes gl. ordi. in. l. gallus. in prin. in verbo posse. s. de lib.

a ¶ Verbũ relinquo. Adde bar. in. l. cẽturio. j. e. Barba. i. c. verũ. i. vij. col. de fo. cõpe. ãg. cõsil. xxix. inci. titius existẽs ĩ nobili. gñe.

63 & posthu. ¶ † Postmodum querit Bart. in specie et primo de verbo perueniat nunquid sit directum: vel obliquum. concludit bart. ꝙ verbũ perueniat: & verbũ deueniat sint verba cõia. & cuз bar. reprobata opi. Inno. tenent cõiter hic legiste & ibi canoniste communiter. & lз bar. nihil sufficiens allegẽt: allego ergo text. in l. hereditatis. C. de here. insti. & ibi bar. met ad hoc no. illum tex. istud idem qđ hic tenet bal. vbi multa pulchra dicit ad propositum in. l. fi. C. de sacrosan. eccle. & Ang. i. l. precibus. in pe. col. C. eo. vbi multe scribit. & de verbo deueniat ꝙ sit cõe habes text. in l. pe. ff. de solu. quẽ allegat bal. in illa. l. fi. C. de sacrosan. eccle. habes etiam tex. in. l. ij. & ibi ad hoc no. Ang. C. de bo. que lib. Idez tenet Ange. in consi. xxij. incip. Jacobus habens vnicam filiam. Et ꝙ verbum perueniat sit cõe tenet etiam bart. in. §. lucius. in ij. q. prin. j. e. bal. in. l. iã hoc iure. ver. ij. s. eo. & in. c. si pater. in. xv. col. de test. in. vj. Istam opi. firmat Alex. in multis cõsilijs. primo firmat in cõsi. lvij. in. ij. vol. inci. prescriptis. in. ij. col. & i cõsil. clxij. i. ij. vol. inci. circa primum dubiũ. in pe. col. & in cõsi. clxxxiij. in. ij. vol inci. viso processu cause vertentis inter dñam Antoniã. et in cõsi. xxxvi. in. iij. volu. incipiẽ. Viso themate sup quo dubi-
64 tari cõtingit. et ista est vera & communis sententia. ¶ † Limita istam communem cõclusionem notabilẽ tribus modis ꝙ verbũ

perueniat vel deueniat sit cõe nisi adÿciatur verbũ eoipso. puta dicat si filius meus decesserit sine liberis eoipso hereditas vadat ad titium vel deueniat: propter verbum eoipso importat directam substitutionẽ ⁊ excluderet me: ratio q2 ex quo diceret eoipso signat quod incontinenti sine alterius ministerio. ita limitat nota. Barto. in. l. fina. in penul. colum. in fine. C. de sacrosanc. eccle. allegat Archid. in. c. cum qui. de preben. in. vj. ⁊ in. c. j. vel fina. de sepul. in. vj.

65 **Adde** Glo. no. de hoc. in. c. quã sit. in verbo euacuetur. de elect. in. vj. glo. expresse dicit† φ ista verba eoipso[a] importãt ipso iure. ⁊ sic importãt canonem late sententie: etiam si adÿciantur verbo futuri temporis. ad idem est gl. in clemen. j. in verbo eoipso. de vita et honesta. clerico. ⁊ dicit φ ad propositũ Joã. an. in. c. q2 sepe. de elect. in. vj. in nouella. φ ista verba eoipso significant sine hominis adminiculo.

66 ¶ †Secundo no. ⁊ limita quãdo adÿcereř clausula pleno iure perueniã: tũc inducitur directa substitutio: ita no. Bal. in auť. hec vsus prestatio per illum textum in verbo pleno iure. C. de sacrosan. eccle. ad hoc allegat etiã tex. bonũ. in. l. iulian⁹. ff. de rei vendi. ⁊ dicit Bal. istud vult Bar. in materia compendiose: sed credo φ voluit ponderare Bartol. s. in. iÿ. q. princ. vbi dicit totam vel integram. Istud vult notabi. Ang. in cõsi. cxxv. incip. Hoc est testamentum Petri. in vlt. col. vbi multa iura alleg. Idem tz Ang. in. d. l. iulianus. §. fi. per illũ text. ff. de rei vendi. pro ista conclu. addit Areti. duos. text. in. l. si post missionem. in verbo plura legata. ff. ad legem falci. ⁊. l. diuortio. in princ. iuncta gl. in verbo plena. ff. de nego. gest. adde textum no. in. §. non aũt dabimus. in verbo ⁊ ad plenũ. in auť. de here. ⁊ fal. facit quod vult bart. s. in. iÿ. q. prin.

67 ¶ †Tertio limita nisi adÿciař verbũ libere pueniat: qδ: facit vt sit directũ ita expresse dicit bart. s. in. iÿ. q. princi. ⁊ ibi aliqua addidi ad illud verbum libere: ⁊ sic habes tu tres bonas limitationes ad verbũ perueniat. iste tres limitationes nõ solũ seruiũt ad istud pmũ verbũ

68 sed ad oĩa sequentia. verba Bar. †Concludit bart. in ista scda. q. φ verbuz pertinet est cõmune: eo q2 habeť latissimã significationem ⁊ cum bart. transeunt omnes. Idem cũ Bar. tenet Bald. et Jo. de ligna. in. c. si pater. de test. in. vj. ¶ Adde pro gfirmatione illud qδ in optimo simili dicimus: φ verbũ pertinere: est verbũ cõmune. ⁊ ad petitoriũ ⁊ possessoriũ. gl. est valde not. in. l. si quis intẽtione ambigua. ⁊ ibi bart. ⁊ alÿ sequunř. ff. de iudi. ¶ Scdo adde illud qδ vult alia gl. in. l. cum mater. in gl. ÿ. iuncto tex. ff. de inoffi. test. vbi est gl. iuncto tex. ⁊ signa eã φ verbũ pertinere significat nõ solũ ius qδ immediate cõpetit: sed etiã mediate: q2 est verbum cõmune. Tertio adde etiam glo. in. c. inter dilectos. in verbo pertinere.[b] de fide instru. vbi dicit formaliter glo. φ cũ verbũ pertinere latissime pateat: per illud intelligiř deduxisse quicqd iuris vndecunφ habeat: ⁊ de illa glo. facit festũ Ange. ⁊ reputat sing. in gsi. cccxv. inci. visis attestationibus. in vlti. col. ⁊ sic ex illa glo. sequitur illud qδ vult gl. in. d. l. si quis intentione ambigua. ¶ Quarto adde illud qδ vult gl. no. in. c. fi. iver. pertinet. de elec. in. vj. vbi dicit glo. φ verbum pertinere: late patet ⁊ latam habet significationẽ siue pertineat de iure cõmuni siue de iure speciali ex priuilegio vel gsuetudine siue etiam ex iure delegato semper

69 diceř pertinere. ¶ †Dum bar. cõcludit φ verbũ habeat. est cõmune: adde φ idem tenet Bar. in. l. fi. C. de sacrosan. ecc. in fi. col. Ang. i. §. extraneo. insti. de pupil. substi. tũ habes tex. φ sit obliquum verbũ habeat. l. qui cõcubinam. §. j. ⁊ ibi ad hoc not. bart.

70 ff. de leg. iÿ. ¶ †Dum bart. cõcludit φ verbũ remanεat[c] est verbum cõmue. subdit Bar. φ idem in verbo redeat. Adde ad primum φ verbũ remaneat sit cõmune: ex quo stat in sensu directo ⁊ obliquo. text. in. l. tale pactum. §. fi. cũ glo. ff. de pac. ⁊ ibi Barto. expresse no. ad hoc qδ dicit hic: idẽ tenet Bal. in. l. j. C. de pact. in ter empto. ⁊ vẽdi. ⁊ in. d. l. fi. C. de sacrosan. ecc.

71 ¶ †Dum bar. cõcludit qδ verbũ succedat: est cõe: ⁊ cum barto. tenent indifferenter alÿ: tamẽ reperio φ do. Signo. de homode. in cõsi. lxi. incip. do. Guido fecit testamentũ. cõsuluit φ imo verbum succedat. sit verbũ mere directũ: allegat tex. in. l. j. ff. quẽadmo. testa. aper. sed nõ reperio: credo φ lec. sua nõ sit cõpleta. ⁊ qδ istud sit verũ probat ipse subtiliter hoc modo: clarũ est qδ vbũ heres est vbũ mere directũ ⁊ ciuile. gl. or. di. i. l. precib⁹. C. eo. bar. hic. ⁊ s. j. iÿ. q. principali: sed hoc est: φ heres: nihil aliud est quã iuris successor: ita iurisconsultus in. l. quoties. §. heredes. ff. de heredi institu. vbi formaliter dicit tex. heredes iuris successores sunt: pondera. Itẽ hereditas nihil aliud est quaz successio iuris ⁊c. l. nihil. aliud est hereditas. ff. de verbo. signifi. ergo necessario infertur φ hoc verbum succedat de per se est directũ sicut verbũ heres. Adde etiã φ Bal. in. l. et sine. in princip. C. ad treb. tenet φ verbum succedat de propria significatione est verbũ directũ: ⁊ dicit φ hoc sentit ibi glo. sunt etiam aliqui qui alleg. bal. in. l. precibus. non reperi in lectu. mea. Tene sentẽtiam Bar. que est cõmunis vt probant aperte tex. alleg. per eum: ⁊ ita tenuit etiam Bart. in consi. suo incipi. in. q. proposita viso puncto. tenet glo. ordi. in. c. si pater in ver. absφ deductione. de testa. in. vi. ⁊ ibi Bal. met. in repe. ⁊ idem Bal. in. l. fi. in vlti. col. C. de sacrosanc. eccle. ita etiam tenet Pau. in cõsi. cxxxiÿ. inci. viso pũcto ⁊ dubÿs suprascriptis. in. ÿ. col. pro ista communi sñia addit Are. optimum text. in. l. non solum. ff. de in integ. resti. vbi probatur φ successoris nomine venit tam succedens per obliquũ ⁊ sic per fideicom. Φ succedentes directo: ergo ibi est tex. formalis pro opinio. Bar. ⁊ cõmuni: tamẽ considerabis subtilius illum tex. an probet vel non: quia videtur mihi qδ aut nihil probet vel contrarium: dicit tex. qδ ad benefi-

72 cium resti. in integ. admittit non solũ here. ⁊c. si vellet. ¶ †Dum Bar. concludit φ verbum reuertatur sit commune sicut verbum pertinere.

Adde pro decisione Bar. tex. quẽ ibi Bar. no. ad hoc. l. l. quisquis. C. de omni agr. deser. lib. xj. Confirmatur ratione. nam verbũ reuertatur reperitur in sensu directo ⁊ in sensu obliquo: ergo est commune. tex. est in. l. si vnqφ. in verbo reuertatur. ⁊ ibi glo. approb. C. de reuo. dona. φ intelligatur ipso iure. ad idem tex. j. auť. de testi. ⁊ ea que parit col. vÿ. in pn. ⁊ ibi Ang. ad hoc. no. Aliqñ verbum reuertatur stat oblique: quia oportet qδ per manũ alterius retradatur. tex. est in illa. l. iÿ. ⁊ ibi bar. not. C. de pac. inter emp. ⁊ vendi. ⁊ Barto. alleg. hic: ergo apparet φ

73 est commune. ¶ †In alÿs omnibus dic vt hic per Bar. sed volo qδ addas vnũ ad illud quod dicit de verbo moriatur φ sit directum. dicit Bal. qδ de isto moriatur ad propositum nostrum non reperitur alius tex. alibi quã in illo. c. si pater. de testa. in. vj. sed Ang. ⁊ bene addit alium tex. in. §. fi. in auť. de incest. nup. col. ÿ. vbi text. dicit φ pater moriař filÿs legitimis id est ad vtilitatẽ filiorum. q2 filÿ admittunř est verũ qδ Ang. hic tenuit φ verbum moriatur sit cõmune. ⁊ fortasse non male. ponit etiam idem Ang. in. d. l. precibus. in vlti. colũ. ⁊ Oldra. lauden. in consil. cxxvi. al's cxxxvi. incipiente in proposito. De multis alÿs verbis vltra Barto. habes per Ange. ⁊ Jmo. hic in vlti. char. per Bal. in. d. l. fi. C. de sacrosan. ecle. ⁊ latius in. d. c. si pater. ⁊ Ang. in. d. l. preci-

74 cibus. †Et vltra ea q̃ tãgunř a scribẽtibus quid sit de verbo hereditare: quid si testator dicat si filius decedat sine liberis volo φ titius hereditet bona mea: an sit obliquũ vel directũ: ponit Rapha. cu. in cõsi. lxxxiÿ. incip. φ ser. blanchus. al's est fm aliquos libros consi. ÿ. incip. proponitur. in vltimo dubio. vbi ponit de verbo hereditare: ⁊ ibi cõcludit qδ sit verbum directum: ⁊ credo φ dicat veritatem duplici ratione: q2 verbũ hereditare est idem φ heredem esse. sed heres est verbũ directũ. glo. in. d. l. precibus. Probatur preterea viua ratiõe φ sit directum: nã sonat φ directo. ⁊ propria autoritate ⁊ non per manũ alterius capiat. ergo apparet φ est verbũ directum: ex doctrina Bart. cõiter approbata per omnes: ⁊ per ista cũ laude dei est impositus finis huic. l. cẽturio. die prima Junÿ in vigilia corporis christi ⁊ eam incepi die xi. Maÿ.

1 ☞Si seruus in testamẽto patris alicui relinquatur: ⁊ in tabulis pupillaribus a substituto pupilli eidẽ libertas relinquař: primum legatum videtur ademptum.

2 In vltimis voluntatibus vltima derogant prioribus.

3 Q̃ñ duo testamenta vere sunt diuersorũ tamen habẽtur pro vno propter vnitatem eiusdem disponentis.

4 Quando codicilli sunt confirmati in testamento: tunc ipso iure tollunt legata facta in testamento.



Si quis eum quem. Si seruus legatus substituatur pupillo euanescit legatũ factum de ipso seruo. h. d. fm Bar. Ang. Jmo. ⁊ Alex. iste intellectus nullatenus mihi placet ad istum tex. quia verba text. non patiuntur istum intellectum: quia tex. non loquitur quando ille seruus erat substitutus pupillo: sed bene loquitur quando alter fuit substitutus pupillo: ⁊ ab altero fuit relicta libertas ipsi seruo. ⁊ iδ summa melius fm Salice. ⁊ Areti.

1 †Si seruus in testamento patris alicui relinquatur: ⁊ in tabulis pupillaribus a substituto pupilli eidem libertas relinquatur: primum legatum videtur ademptum. hoc dicit: fm verum sensum litere. dubium faciebat in ista lege quia nouissima voluntas fuit facta in testamento pupilli. nã sicut pupillus si esset maior non posset adimere ita non deberet posse adimere testator. ratio decidendi contrarium fuit: quia nouissima voluntas testatoris est attendenda. ⁊ si dicas est verum quando in eadem dispositione sit vltima voluntas: alias secus vt in casu nostro: respondet iurisconsul. quod hic non censetur diuersa voluntas: quia vna censetur accessoria ad aliam sicut vi-

2 demus in codicillis testamento confirmatis. ¶ †Not. ex isto tex. quod in vltimis volũtatib⁹: vltima derogant prioribus. facit. l. si mihi ⁊ tibi. §. in legatis. infra de legatis primo. ⁊ text. in capit. cum marthe. de celebratione missarum. ⁊ gloss. nota. in ca. j. de constitutio. in. vj. ⁊ ponit duas limitationes de quibus ibi in gl. hinc est

---

a ¶ Verbo eo ipso. adδ gl. i regula ipe nis. de reg. iu. li. vj. tex. cũ gl. i. c. qui cũφ δ here. li. vj. gl. i v. ipo fcδ. i cle. ne i agro. de sta. mo. Ab. i. c. fi dilig ẽ ti. δ fo. gpe. bart. in auť. habita. C. filius pro patre.

b ¶ Verbo ptinere. adde l. vbũ ptinere. ff. δ v. sig. l. si qs ex argẽtarÿs. ff. δ edẽ. Jnn. in. c. cũ in ecclesia. de cã pos. ⁊ pprie.

c ¶ Verbũ remaneat. ad de gl. in. l. si cũ aũt. C. de do. añ nupt. Raph. ful. cõsi. xl. inci. quidã filio studenti.

Hinc est qd superflua est clausula notarior quã apponũt semp in testõ cessans et irritãs omne testm̃ aliud qz ipso iure inest in secũdo testõ et ipso iure reuocat primũ.l.sancimus.i vbo ipso iure. C.de test.et ita dicit Bal.in.l.fi.in.v.q.C.de edi.diui adri.tol. qd superflua est clausula notariorũ.De ista materia plene dixi i.l.pa
3 cta nouissima.C.de pac.vbi seriatim posui.¶ †Scdo pondera illud qd vult dicere iuriscõsultus in fine. quod qñ duo testamenta vere sunt diuersor tñ habent pro vno.propter vnitatẽ eiusdẽ dispo nẽtis qz illud qñ statuit de contẽtis in vno hz locũ in his duob testamẽtis:quõ tñ et qualiter procedat qd testm̃ patris et filij cen
4 seantur vnũ et diuersa:dicetur in.l.patris et filij.j.co.¶ †Capio glo.in vbo cõfirmatis et diuiditur in tres.In ea.glo.ibi. subaudi maxime.istũ intellectũ glo.sequunt Bar.et doc.istud mihi nõ placet.dic melius qd qñ codicilli sunt cõfirmati in testõ:vt dicit tex.tunc ipso iure tollunt legata facta in testõ.sed qñ nõ sunt con firmati non tollunt ipso iure sed ope exceptionis:ita concludunt scribẽtes presertim Moder.in.l.heredes palã.in prin.ff.de test. et rõ est vt dicit glo.quia qñ codicilli sunt cõfirmati in testõ censentur pars testamẽti merito tollunt ipso iure:cum ergo iuriscõsultus intentat decidere quod legatum serui remouetur ipso iure substitutione pupilli confirmauit ex codicillis confirmatis in testamẽto qz tales tollunt ipso iure.tamẽ tu cogita circa istud vltimum.

1 ¶ Rupto testamento paterno rũpitur pupillare ecõtra remanente paterno remanet pupillare.

2 Pupillaris substitutio potest fieri ex interuallo et alia hora separata post testamentum patris.

3 Testamentum pupillare factum postea nõ rumpit testamẽtum patris precedens licet regula sit quod testamentum secundũ tollit primum ipso iure.

4 Sublato principali tollitur accessorium quia sublato testamento patris tolluntur tabule pupillares que sunt accessorie.

5 Filius videtur esse preteritus quãuis ei fiat substitutio et quãuis alius instituatur sub conditione si filius viuo testatore moriatur.

6 Testamentum in quo filius est preteritus est omni iure nullum tam iure ciuili quã pretorio.

7 Testamentum in quo testator extraneum instituit sub hac conditione si viuo se filius moriatur est nullũ.

8 Posthumus preteritus quando viuo testatore moritur recõualidatur testamentum solum de iure pretorio.

9 Ad hoc vt secundũ testm̃ tollat primum necesse est quod ex eo adiri possit hereditas de iure ciuili: et non sufficeret quod adiri posset de iure pretorio.

1 **Si suo testamento.** †Rupto testõ paterno: rumpitur et pupillare econtra remanente paterno remanet pupil.h.d.scdm Barto.et Sali. vel sic complectendo totum text. Tabule pupillares valent licet fiant ex interuallo post testamentum patris. non tamen tollũt testamentum patris qd est principale.sed si pater postea faciat secundum testamentum tollitur primũ et tollunt tabule pupillares nisi illud secundũ testamentũ sit nullum ex preteritione filij iam nati.h.d.nihil omittẽdo:diuiditur in tres partes. prout tria habet dicta.Secũda ibi.nam si et sibi. Tertia ibi.sed si scdm legit tribus modis(hz penes secundam lecturam.dubitatio nem faciebat quia testamẽtũ patris et filij cẽsetur loco vnius:ergo debet codẽ contextu fieri.l. heredes palã.ff.de testa.et dum di
2 cit tex.pretermittere vult dicere premittere.¶ †Not.quod pupillaris substitutio põt fieri ex interuallo et alia hora separata post testamẽtũ patris.Adde qd etiam potest fieri alia forma:nã si testamentum patris sit factum in scrip.potest pupillare fieri nuncupatiue.tex.est ad literam in.l.si ita scriptum.§.fi.ff.de bono. pos. scdz tabu.vñ ex istis duabus.ll. simul iunctis pondera tu qd vbi cadit diuersitas temporis ibi etiam cadit diuersitas forme:dum modo als necessarie interueniat: ideo dicebam istis diebus qd tempus dicitur de forma:prout nota.Bald.et Sali.in aut. que
3 supplicatio.per illum text.C.de preci.impe.offe.¶ †Scdo not. ex text.ibi.et tamen patris testamẽtum ratum manebit:qd testamentum pupillare factum postea non rumpit testm̃ patris precedẽs licet regula sit qd testm̃ scdm tollit ipso iure primũ.§.posterior.e.insti.quibus mo.test.infirmentur.et.l.sancimus.C.de testa. Ratio istius text.est triplex. Prima quã proprie vult text.quia testamentum pup.est accessorium et sequela paterni.l.ij.§.prius. in fi.ff.co.et.l.ex pupillari.j.cod.sed accessoriũ non potest tollere pncipale.l.qd per manus.C.de iure codi.sicut dicimus qd a principali non vestitur accessorium.l.nuda.C.de contrahen.et committen.stipu.glo.et doct.in.l.petens.C.de pac.Secunda ratio est scdm Bal.Ange.et Moder.hic.quia pupillare iuris interpretatione censetur alterius testatoris:scdm tamen qd dicetur in.l. patris et filij.j.co.ideo non tollit testamentum paternũ precedens. Tertia est ratio qz per pupillare testm̃ succeditur alteri persone: et in diuersis bonis quam per testm̃ patris.vnde ex separatis nõ infertur vt vnum deroget alteri.l. inter stipulantem.§.sacram. in verbo sed hec dissimilia sunt.ff.de verbo.obl.et.l.papinianus exuli.ff.de mino.et si iungas simul istas tres rationes adhuc me
4 lius cõcludũt.¶ †Tertio not.ex tex.ibi et filio:quod sublato prin
a cipali tollitur accessorium.nam sublato testamẽto patris tollũtur tabu.pupillares que sunt accessorie.facit.l.ij.§.j.et.l.sz si plures.§.filio.et.§.si ex asse.ff.co.Aliquãdo tamen ex postfacto licet tollatur principale remanet tamen accessoriũ.l. fideiussorẽ obligari in fi.vbi gl.et docto.ff.de fideius.no.in.l.vsucapio.C.de pig. a
5 ¶ †Quarto not. in ver. sed si scdm hic probari fortiter prima fronte quod filius dicitur preteritus quãuis ei fiat substitutio et quãuis alius instituatur sub cõditione si filius viuo testatore moriatur intelligendo quod hic sint verba testatoris.nam per ista duo non est qui dicatur preteritus.Bart.tamen inferius cõcludit cõtrariũ per multa iura qd filius sic conditionaliter nominatus intelligatur institutus prout latius firmat in.l.gallus.in princ.nihil sub
6 audiendo ad tex.ff.de libe.et posthu.¶ †Quinto no.ex fi.litere ibi quia scdm non valet:hic videri text.qd testamentum in quo filius in potestate est preteritus sit omni iure nullũ tam iure ciuili quã iure pretorio. et potest ad hoc iste tex.dupliciter induci. primo dum dicit quia secundum non valet in quo filius est preteritus:ergo non valet nec iure pretorio nec ciuili:potest et secundo induci quia text.vult qd istud secũdum non tollat primum:ergo ostendit qd est omni iure nullũ et presertim iure ciuili quia si esset aliquod tolleret saltem primum de quo articulo non tangã hic ordinarie quia est articulus qui disputatur ordinarie in.l. posthumo.C.de contratabu.per Barto.et alios in.l. filio preterito. ff.de iniust.rup.¶ Glos.in verbo si viuo.diuiditur in duas quãuis videatur ponere tres intellectus.sed non sunt nisi duo. In
7 ij.rñ.per viam nota.¶ †In ea.glos.ibi sub hac conditione si viuo se.habes ex glo.primum intellectum ad tex.quod ista verba si viuo &c.fuerunt verba testatoris et sic testator in secũdo testamento instituit extraneum sub conditione si viuo se filius moriatur tale testamentum est nullum Istum intellectũ reprehẽdit Bar. hic vt hic per eum. Istam opiñ. quam hic plenius prosequitur idem Barto.in.d.l.gallus.in princi.sed ista opi. Barto.communiter dãnatur in.d.l.gallus.quia qñ filij sunt positi in conditione non est verum quod dicantur instituti:et multa ibi allegantur per Barto.que ibi reseruo.Sed aduerte quod iste quinque leges allegate per Bar.videtur obstare.Et primo tex.in.l.si quis ita heres instituatur si legitimus.ff.titu.j.qz dupl'r respõdetur ad illũ text. Primo quod ille legitimus positus in conditione succedit ab intestato et causa intestati excludit causam testati proper expressam dispositionem testatoris:ita firmant expresse glo. et Bart. in illa.l.si quis.Secũdo dicitur quod ille text. non potest vrgere qz licet loquatur de legitimo nõ sequitur ergo de herede legitimo vel de filio.Ad.l.coheredi.§.fi.rñ.quod tex.ibi nõ dubitat de institutione sed de substitutione et est veritas vtrũ videatur facta conditio decidit ibi quod sic.Ad.l. gallus in prin.et ad.l.in testõ.q idem dicunt.respondet quod iste tex.ineuitabiliter vrget contra Barto. iungẽdo.§. in oĩbus.in ca.l.prout dixi hoc anno. Et dicere.put dicit Bar.quod ibi tacita conditio &c.nõ põt procedere vt dixi hoc anno.ad.l.si ita stipu.ff.de ope.liber.qz dixit bar.quod illa.l.prestat optimum argumentũ:mihi videt quod ex tex.nõ possit sumi argumentum ad propositum:quia si ex illo text.posset argui vt facit Bar.certe etiam extraneus positus in conditione censeretur tacite institutus.Nam si vis arguere vt facit Bar.quod cõditio disponat:certe non solum filius positus imo etiam quilibet extraneus per illum text.tñ est notorie falsum.l.si quis sub conditione dandorum.x.ff.si quis omis.causa testamenti.et glo.in.l.lucius.ff.de heredi.institu.communiter approbata nisi dixeris defendendo Bar.quod ibi tex.se fundaret in fauore patroni.Si ergo fauore patroni conditio disponit de presenti:certe fauore patris et filij fortius disponet.et istud est qd fortius cõsiderauit Bar.in illo tex. dum dicit quod prestat bonũ argumentũ:tñ ex alio non videtur ille tex.probare scdm qd dixi etiam in.l.centurio.ff.co.in illa.q.an valeat fideicommissum iniunctum nepotibus:nam in illa.l.si ita stipu.ibi nõ est illud solum fauore patroni sed ibi aliud speciale cõcurrebat. Nam ibi stipula.de dando.xx.non tolerat ibi eo qz videtur inducta causa libertatis honorande:hoc respectu et etiam respectu patroni conditio operatur etiam de presenti contra regulam.l.ex facto etiã.ff.de here.instit.alle ergo tex.ponẽs casum specialem non est trahendus in argumentum vt facit Bart.per l.qd vero cõtra.ff.de leg.tñ de ista opinio.dicetur plenius in.d.l. gallus.Bar.tñ tenet scdm ĩtellectũ et qd exponat si.i.quãuis. Iste secũdus intellectus non est tenendus eo quia facit violentiã litere exponendo si.i.quãuis.preterea esset de indubitabili.quia text. est in.l.si filius qui in potestate.ff.de libe.et postb.¶ Primũ intellectũ glo.teneas qui est amicus litere et cõiter approbatur:et

¶ Sublato principali. Adde regulam accessorium.et ibi Dy.de reg. iur.lib.vi.

tenetur. ¶ Cõtra istũ tex.et istũ primum intellectũ oppo.subtili
ter Bal. ꝙ imo istud scḋm testm̃ valeat:nã hic precesserat aliud
testm̃ in quo iste filius erat institutus:deinde in scḋa dispositio/
ne fuit dictũ si filius me viuo moriatur:ista dispositio est vulga/
ris substi.l.cũ proponas.C.de here.insti.sed qñ filius est institu/
tus in primo testõ ⁊ sic in primo gradu ꝗuis pretereaꝛ a secũdo
⁊ sic a substituto illa ꝑteritio ⁊ substitutio nihil nocet.l.si posthu/
mus.§.qḋ vulgo.s̃.de libe.et posthu.et per istud fundamentum
Bal.reprehẽdit istũ intellectũ primũ ⁊ tenet scḋm ʒ Imo.ĩ isto
tex.tenet ꝙ testator nõ agebat solũ facere substi.vulga.imo etiã
testm̃ nimirũ si illud scḋm nõ valet dato ꝙ filius fuerit preteritus
in primo institutus. Uel aliter ⁊ scḋo rñ.⁊ singu.ſm Pau.hic qñ
vulgaris substitutio fit in eodẽ testõ qḋ procedit in.§.qḋ vulgo.
sed si substitutio vulgaris fiat diuerso tpe:istud est potius scḋm
testm̃ ꝗ simplex substitutio vulgaris merito vitiaꝛ ex preteritio/
ne filij:nã qñ testator aliquid addit post testm̃ vel detrahit dicit
tex.oĩa ex integro faciẽda sunt.tex.est in.l.heredes palã.§.si qd
post.s̃.de test.facit.l.tribunus.§.fi.ff.de test.mili.q̃ addit Are.hic
⁊ ista est melior rñsio Alex.tertio loco respõdet:ʒ est cũ violẽtia.
¶ In vltima parte glo.cõmuniter reprobaꝛ quatenus loquitur
de posthumo preterito ĩ scḋo testõ qḋ tale testm̃ nõ rũpit primũ.
istud est cõtra tex.formalẽ in.l.ij.§.si rupto.ff.de iniuſ.rup.facit
ratio q: possibile est ex tali testõ adiri hereditatem de iure ciuili
puta si posthumus nõ nasceretur vel abortiuus.l.ij.C.de posth.
heredi.insti.sed qñ possibile est aliquo casu adiri hereditatẽ run/
8 pitur primũ.§.posteriore.inst.qui.mo.test.infir. ¶ †No.tñ ex gl.
ſm bar.duas cõclusiões.Prima est ꝙ qñ posthumus preteritꝰ
viuo testatore moriꝛ reconualidatur testm̃ solum de iure preto/
rio.iste est tex.sing.in.l.posthumus.in princi.ff.de iniuſ.rup.Li/
cet oẽs ita teneant tñ videretur qḋ tex.in.d.l.posthumus.ĩ prin.
probet ꝙ imo testm̃ valeat de iure ciuili ꝙ qñ posthumus prete
ritus viuo testatore moritur reconualidatur solum testm̃ de iure
pretorio:imo posses inducere contra.⁊ qḋ istud sit verum proba
tur dupliciter ĩ illa.l.posthumus.põdera ergo subtiliter qḋ tex.
ibi dicit hereditatemqꝫ obtinebit ergo erit heres etiam de iure
ciuili al's tex.esset superfluus.ita vult text.in verbo hereditatem
quia al's esset superfluus. ¶ Probat etiam tex.dum dicit et ita
imperator Adrianus ⁊ imperator noster rescripserunt:ponde/
ra ergo qḋ illud nõ est dispositio pretoris:sed est imperatoris er
go est merum ius ciuile nõ ergo erit heres solũ de iure pretorio
imo etiam de iure ciuili:⁊ ita reperio qḋ tenet Cy.et Ange.in.l.
fi.C.vnde legi.non recedas a communi sñia qḋ in casu.l.posthu/
mus testamentum non reconualescit nisi de iure pretorio:prout
tenent gl.⁊ doc.in.d.l.fi.C.vnde leg. Et põdera ꝙ ille text.potest
dupliciter induci pro communi.Primo ponderatur dum dicit
conditionaliter si testamentum signatum fuerit:pondera illud si
signatum est.istud enim consideratur mere in successionibꝰ pre/
torijs quia pretor est qui adinuenit illam formam vt insti.de test.
post princi.si ergo posset heres succedere de iure ciuili non attẽ/
deretur qḋ qḋ testm̃ esset signatum vt dicit ibi tex.nam ad istã in
ductionem posses respondere.nam tex.ibi duo dicit qḋ scriptus
heres poterit bono.poſ.petere.⁊ hoc respectu loquiꝛ signatum
est.deinde dicit si hereditatem obtinebit:et tunc non requiritur
scriptura. Secũdo potest ille text.induci in ver.idem ⁊ circa.vbi
tex.ponens eam decisionem dicit si bo.poſ.petita.ergo tex.vide
tur in vtraqꝫ ponere pro constanti qḋ bonorum poſ.necessaria
sit.Et si dicatur quid respondetur ad text.qui dicit hereditatẽqꝫ
obtinebit ergo de iure ciuili respondetur qḋ verbum obtinebit
respicit effectum quia veniens per bono.poſ.effectualiter effici/
tur heres de iure ciuili.loquor prout regulariter loquitur Bar.
in.l.ij.ff.de bono.poſ.qui omnino videatur.ad hoc per illum tex.
cum glo.idem Barto.in.l.ex asse.ff.ad trebel.credo qḋ istud vo/
9 luerit tex. ¶ †Secundo ex ista glo.no.Bartõ.qḋ ad hoc vt secũ
dum testamentum tollat primum est necesse qḋ ex eo possit adiri
de iure ciuili hereditas:et non sufficeret adiri de iure pretorio
de quo est gl.l.cum in testamento.vbi Bart.et alij ponunt.ff.de
iniuſt.rup.ad quẽ omnes se remittunt ⁊ ideo me remitto etiam.

1 ☞ Posthumus etiã nasciturꝰ põt post mortẽ ĩstituti substitui.
2 Persona incerta potest substitui dũmodo veniat certificãda ex
futuro euentu.

1 Substitui. †Etiam posthumus nasciturus
post mortẽ instituti substitui po/
2 test:†et,sic nota ex hoc tex.qḋ persona incerta põt sub/
stitui dũmodo veniat certificãda ex futuro euentu:al's
secus:casus est hic:ita loquuntur leges allegate in glo.in opposi
tione ⁊ nota.soluit glo.

1 ☞ Seruus communis cum libertate substitutus impuberi ef/
ficitur ei necessarius si fuerit redemptus a testatore secus si a pu/
pillo.
2 Si autem a neutro fuerit redemptus poterit ipse seruus par/
tem pretij offerre.
3 Qui potest fieri necessarius testatori potest etiã filio testatoris.
4 Lex que disponit ꝙ seruus institutus sit necessarius heres testa
toris non extenditur ad eũ a quo fingitur institutus.
5 Fauore libertatis et pupillaris substitutionis cogitur dominus
inuitus vendere partem suam:hodie sufficit solus fauor liber/
tatis.
6 Per substitutionem serui prius alteri legatum reuocatur illud
legatum eueniẽte casu vel conditione pupillaris substitutionis.
7 Licet debet expectari conditio pupillaris substitutionis:nõ de/
bẽt tamen expectari mors.

Si seruus. Iste tex.ſm Barto.ponit tres
casus ideo nõ summatur:tu au/
1 tem summa sic.†seruus communis cũ libertate substi
tutus impuberi efficitur ei necessarius si fuerit redẽ/
2 ptus a testatore:secus si a pupillo:†si autem a neutro fuerit re/
demptus poterit ipse seruus partem pretij offerre:et sic liberta/
tem et hereditatem consequi:et seruus alteri legatus substitua/
tur pupillo cum libertate euanescit legatum eueniente conditio
ne etiam si post mortem patris et sic legatarij.h.d.tota.l.vsqꝫ ad
3 l.patris et filij. ¶ †Nota ex prima parte:qḋ qui potest fieri ne/
cessarius testatori potest etiam fieri necessarius filio testatoris.
concordat.l.sed si plures.§.quos possum.s̃.e. ¶ Scḋo not.dili/
4 gẽter ex scḋa parte ibi.si vero ab impubere.†ꝙ.l.que disponit
ꝙ seruus institutus est necessarius heres testatoris non extendi
tur ad eũ a quo fingitur institutus.ita est casus egregius hic.nã
tabule pupillares finguntur testamentum pupilli vbi tractatur
de fauore filij.l.papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inofficio.
testa.et tamen seruus substitutus in tabu.pup.si a pupillo redi/
matur nõ efficitur eius necessarius hoc non est ex alio nisi quia.l.
non extendiꝛ ad casum fictum.allegatur ad hoc vulga.l.iij.§.hec
verba.ff.de nego.gest.traditur late per Bal.Imo.et Moder.in
l.gallus.vbi dicetur.ff.de libe.et posthu.in.§.quid si tantũ.est di
5 ctum Barto.in.l.j.ff.de fonte. ¶ Tertio not.†ꝙ fauore liberta/
tis et pupillaris substitutionis cogitur dominus inuitus vende
3 s. eo. ¶ †Tertio not. ex. §. lucius: qd filius. impugnans primum gradum a quo est preteritus: potest succedere ex substitutio. vulgari. et ratio est: quia substitutio vulgaris nullã habet dependentiam a primo gradu. l. ij. §. fi. s. de libe. et posthu. secus est in tabulis pupillaribus que habent dependentiam a testamento paterno. l. ij. §. adeo. et. l. sed si plures. §. filio. et. §. si ex asse. s. eo. Inde est qd qui impugnat testamētum patris: non põt succedere ex tabulis pupillaribus. l. is qui cõtra. s. eo. l. post legatũ. §. is qui principale. ff. de his qui. vt indi. et ad istũ tex. vides Lud. ro. in cõsil. lvj. incip. in casu proposite consultationis in quo primo queriť et c. in
4 scdo dubio. ¶ †Quarto not. ex tex. ibi nullius esse mometi. quod preterito filij in potestate reddit testamētum ipso iure nullũ: etiã anteq̃ filius dicat nullũ. facit. l. j. ff. de iniusto rup. de quo puncto j. traditur in. l. posthumo. C. de contratabu. per Bar. et alios in. l. filio preterito. ff. de iniust. rup.

1 ¶ Qui semel est heres licet ei vt ab indigno auferatur hereditas vel ipso iure desinat esse heres: tamen admittitur ex substitutione pupillari facta per illa verba: quisquis.

2 Hereditas licet auferatur alicui tanq̃ ab indigno: non tamē desinit esse heres ipso iure. et nu. 3.
4 Qui accõmodauit fidem de restituendo incapaci in fraudem fisci circa partem sue partis hereditatis: nõ priuatur nisi solum parte partis et non tota.
5 Substitutio pupillaris facta per verba quisquis mihi heres erit facit eum ad substitutionem admitti: qui priuatus est hereditate vt indignus.
6 Exclusus a testamento paterno: non excluditur a tabu. pupil.
7 Jus substitutionis pupillaris nõ venit in confiscatione bonorum.
8 Qui est effectus heres si postea efficiať seruus: quo casu ipso iure desinit esse heres: si postea ad libertatem reuertatur iterum admittitur ad substitutionem pupillarem factã per illa verba quisquis mihi heres erit. et nu. 9.
10 Fratri mendicantium nihil potest relinqui etiam ad alimenta.

1 **Julianus.** †Qui semel est heres licet ei vt ab indigno auferať hereditas: vel ipso iure desinat esse heres: tamen admittitur ex substitutione pupillari facta
2 per illa verba: quisquis vt hic per Bart. ¶ †Nota primo ex tex. ibi: nec desinat esse heres: illud ad qd simpliciter allegať iste text. quod licet hereditas auferatur alicui tanq̃ ab indigno: per hoc tamen non desinit esse heres ipso iure: imo ei defertur hereditas et potest adire licet postea fiscus auferat. hinc est qd si fiscus nollet talem hereditatem iste remanet heres et ipso iure et in effectu: quia est regula quod nullus alius potest opponere indignitatem indigno nisi solus fiscus. l. his consequenter. §. j. ff. fami. her. ergo si fiscus nollet hereditatem: iste remaneret heres et ipso iure et in effectu. de hoc habes in simili glos. solennem et singu. in. l. ea sola. ff. de reg. iur. quam reputat sing. Bald. in. l. ea quam. in. vj. col. C. de fideicom. Ludo. ro. in rub. ff. de acqui. heredi. et est bonus tex. in. l. si seruus plurium. §. si quis autem. et ibi Moder. ad hoc. ff. de leg. j. similiter econtra si heres scriptus nollet adire sed repudiaret vt excluderet fiscum et hereditas iret ad substitutum vel venientē ab intestato nihilominus aufert fiscus cui heres non potest preiudicare. ita no. Bar. in. l. si sequens. §. j. ff. ad filla. et in. l. si anteq̃. eo. ti. Item fisco prefertur substitutus non solum venientibus ab intestato: quia licet ipse non sit heres in effectu facit alium heredem:
3 scilicet fiscum. ita tenet Bartol. in. l. j. s. eo. vbi dixi. ¶ †Secundo not. ex hoc tex. quod cũ ille cui aufertur hereditas: vt ab indigno remancat tamen heres nomine: sequitur fm Bald. et Jmo. quod fiscus non est proprie heres: licet teneat locũ heredis quo ad debita et credita et quo ad onus legatorum. l. ij. C. ad. l. iuliam de vi. l. cum fisco. ff. ad filla. l. recusare. §. fisco. j. ad treb. late per scribentes in. l. si constan. §. fi. ff. sol. matr. hinc est quod iussus implere conditionem in personam heredis: puta si dederit. x. heredi. non debet impleri in personam fisci obtinentis personam heredis. ita tenet not. Bart. in. l. qui heredi. in. §. cum hereditas. per illum tex. ff. de
4 condi. et demon. ¶ †Tertio no. ibi satis enim punitus est: qd qui accõmodauit fidem de restituendo incapaci in fraudem fisci circa partem sue partis hereditatis: non priuatur nisi solũ parte partis et non tota. ratio est quia regulariter nõ debet quis puniri nisi in ea parte in qua delinquit. qr pena non debet egredi metas delicti. l. rescriptum. in prin. ff. de his qui. vt indig. l. paulus. et. l. beneficio. j. ad. l. fal. hinc est quod non priuatur substitutione pupillari: quia circa eam nihil deliquit. facit bene tex. in. l. cum quidam in iur. §. fi. et ibi Bart. ff. de dona. vbi decidit pulchre Rapha. cu. nec reperiri alibi tactũ in specie. emphyteota qui alienat partem rei emphyteote solum priuatur illa parte: et nõ tota emphyteosi. et dicit ibi Rapha. q super ista. q. reuoluit multa scharta phacia et nunq̃ reperit istam. q. in terminis. Pondera ergo hic esse tex. expressum cõtra illud quod inaduertenter dixit Bar. in. l. etiam. in pe. q. C. ad. l. falci. vbi dicit quod si quis accommodauit fidem solum de restituendo vnum denarium incapaci qd priuatur tota hereditate: est de directo contra istum tex. et contra ea que dixi. et contra. l. heres qui tacitam. ff. de his qui. vt indig. et ita etiam hic tenet Alex. et bene. ¶ †Quarto not. quod substi. pupil. facta per verba: quisquis mihi heres erit admittit ad substitutionem qui priuatus est hereditate vt indignus. ex quo correlarie inferťur: qd licet deficiat qualitas sub qua quis est vocatus ad substit. non tamē deficit ipsa vocatio: ratio est: quia sufficit qd semel extiterit lz non duret. tex. est hic. et in. l. in substitutione. vbi dixi. s. eo. et traditur per Barto. plene in prin. huius. l. ex facto in. j. charta.
6 ¶ †Quinto no. qd exclusus a testa. paterno: non excluditur a tabulis pupillaribus cõtra. l. is qui cõtra. s. e. de hoc plene. s. dixi.
7 ¶ †Sexto not. ex text. q ius substitutionis pupillaris non venit in cõfiscatione bonorum. ratio est duplex fm Jmol. Prima quia iura futura non veniunt in confiscatione bonorum. l. eius qui. §. j. ff. de testa. l. si tibi mandauero. §. si tibi. ff. man. gl. in. l. non ad ea. ff. de condi. et demon. Secunda et melior ratio est: qr confiscatio non respicit solum bona pupilli: sed etiam bona patris in quibus fuit

a ¶ Concubina est. adde Bal. in. l. eã quã. in. vj. col. C. de fideicommiss.

b ¶ Per speciē derogaf. adde gl. et ibi Car. zaba. in c. ex ptē. el. j. in. ij. opp. de offi. deleg.

8 accōmodata fides. ¶ †Septimo no. in ver. quēadmoduʒ q si ille qui est effectus heres postea deueniat ī seruitutē: quo casu desinit ipso iure esse heres: si postea deueniat ad libertatē iterū admittit ad substi. pup. factā per illa verba: quisqs mihi: ⁊ est ratio: qr per superueniētiā seruitutis desinat esse heres quantū ad ius. l. qd attinet. ff. de reg. iur. tñ retinet nomē heredis quantum ad facta: vt plene scribit in. l. cū filius. j. de leg. j. ⁊ istud sufficit vt admittat ad substitutionē. tex. est hic no. (Et ꝯ istud no. ⁊ istū tex. opp. Bar. de l. intercidit. j. de ꝯdi. ⁊ demon. vera sol. est quā ponit Bar. in. d. l. si cognatis. ⁊ in. l. j. j. de ꝯtabu. (Et ex isto tex. qui vult qd qui exiuit de seruitute possit succedere ex substitutione pupillari arguūt Bal. ⁊ Ange. hic: qd si in terminis huius. §. aliqs esset ingressus religionē mēdicantiū si postea ex dispensatione pape sit pmotus ad epatum vel ad aliud bñficiū capax bonoꝝ: poterit admitti ad substitutionē pupil. si erat institutus ⁊ substitutus. Jo. de imo. reprehēdit istā decisionē ex doc. Bar. in. l. si cognatis. in. j. col. ff. de reb. du. ⁊ latius in. l. j. §. fi. ff. de ꝯtab. in qbus locis cōcludit Bar. qd si aliquis efficiat seruus pene: puta qr damnet in metallū quo casu est oīno incapax: quāuis restituat ad libertatē tñ non admittetur ad substi. d. l. intercidit. sed ꝑm Imo. fratres mēdicātes sunt in totū incapaces: qr equiparant seruis pene: qui postea restituti
10 ad libertatē: nō admittunt. d. l. intercidit. ¶ †Adde pro ꝯfirmatione Imo. qd fratres mendicātes vident magis incapaces quā
a serui pene. nā fratri mēdicantiū[a] non pōt relinqui etiā ad alimenta. cle. exiui. de verb. sig. secus est in seruo pene cui valet relictum factū pro alimētis. l. si per metallū. ff. de his q pro nō scrip. Alex. stat cū opi. Bal. ⁊ Ang. contra Imo. qr ꝑm Imo. non probat qd fratres mendicantes equiparent seruo pene. cū non sint effecti incapaces ex delicto prout serui pene. Aret. subtilius reprehendit Imo. qr cū fratres mendicātes remaneant liberi hoīes put tenet Bal. in aut. ingressi. circa prin. C. de sacrosan. eccle. ⁊ sequit Pet. de anch. in. d. cle. exiui. in vlt. col. ergo debēt potius eqparari deportato q̄ꝫ seruo pene: sed deportatus restitutus admittit ad legata ⁊ ad substi. d. l. intercidit. ergo idē in fratre mēdicante pmoto ad epatum: et qd fratres mendicantes equiparentur deportatis firmat expresse Bar. in. l. cum pater. §. heredi. ff. de leg. ij. ⁊ ista est melior ⁊ subtilior rō. ista sunt tradita in presenti articulo a maioribus nostris. ¶ Tu autē adde vltra oēs mirandum esse qd isti doct. nō fuerint recordati de gl. not. ⁊ solenni que decidit ꝯ eos in c. quorūdam. in verbo mendicantiū. de elect. in. vj. vbi tʒ ad literā glo. qd si frater minor vel de ordine mendicantium postuletur vel eligatur in epm vel archiepm tamen non potest acquirere aliter quā prius posset: rō: qr lʒ efficiat eps tñ adhuc est de ordine mendicantium. ita dicit gl. Cōfirmo p illud qd no. Bal. in. l. curiales. per illū tex. C. de decu. lib. x. vbi tʒ Bal. qd lʒ frater minor seu de ordine mendicantiū efficiatur eps: tñ adhuc est de generali fratrū mendicantium: qui adhuc remanet frater et de ordine mendicantium: tñ aduerte qd idem Bal. in. c. cōstitutus. de app. reprehendit gl. in. d. c. quorūdam. qr ꝑm eū frater minor vel alius de ordine mendicantium effectus eps: quāuis retineat habitum pfessionis tamen pōt sibi acquirere ppria: eo quia epalis dignitas liberat eum: ita dicit formaliter Bal. Adde etiā qd Bar. in tractatu mi-
b noricaꝝ. in vlt. col. in pe. q. querit formaliter an frater minor[b]: seu de ordine mēdicantiū creatus eps succedat parētibus ab intestato ⁊ agnatis. arguit ad partes. finaliter determinat: qd si sit liberatus ab ordine autoritate summi pōtificis qd ius succedēdi recuperat: eo qr censet cōstitutus in statu in quo erat ante ingressum. alleg. tex. in. xix. q. j. in. c. statutū. ⁊ tex. no. ponentē istā doctrinam in simili in. l. j. §. filius qui mor. ff. ad tertul. secus si propter demerita ab ordine licentiaret: vt ibi late p eū: ⁊ refert q ad eius postulationē alias reuerēdus pater frater Franciscus de assisio abbas montis regalis: ita publice determinauit p isto vltimo qñ ppter demerita licentiaretur ab ordine vel ipse exiret. adde bñ facere ad terminos nostros illud qd decidit Bal. in. c. in p̄sentia. in. vj. col. de pba. vbi tʒ Bal. qd si ingressus monasteriū fecerit ibi pfessionem: ⁊ facta professione apostatauerit. i. exiuerit: q substi. non reassumit effectū. allegat. tex. in. c. j. §. j. de aposta. secus si non fuisset professus. alle. c. j. de eo q arma bellica. Adde etiā ad istud vltimū illud qd tenet Lud. ro. in ꝯsi. cclxviij. inci. in casu proposito. vbi tʒ qd si aliquis sit ingressus ordinē fratrum minorū vel mendicantium: ⁊ ibi fecerit professionē postea abiecto habitu redierit ad seculum: non pōt postea habere partē heredi. de bonis patris. nec etiā ipsum monasteriū p. d. cle. exiui. nota bene predicta qr sepe solēt accidere ⁊ euenire: ⁊ non solent tradi in locis communibus.

¶ Glo. in verbo est diuiditur in tres.

☞ Accessorium nō confirmant suum principale.

2 Clausule accessorie seu posite in executiuis nunq̄ ampliāt gratiā principalē nec rescriptum nec contractum.

3 Clausula amoto quocunqꝫ detentore que solet apponi in oībus rescriptis pape: si sit apposita in exequutione gratie vel in literis exequutorijs non purgat rescriptum quin sic subreptitium ⁊ inualidum.

4 Quando papa vel princeps scribit ordinario nostra autoritate procedas: censet eum facere delegatum in illa causa.



Ex pupillari.

Summa vt hic per Bart. ⁊ declarat text. dum dicit neqꝫ ex parte neqꝫ in totū vt facit Bar. hic. ¶ †Not. ex isto text. regulam ad quam quotidie allegatur: qd accesso-
c rium[c] non confirmat suum principale. facit. l. qd per manus. ff. de iure codicil. hinc est qd stipulatio penalis qr est accessorium non vestit pactum nudum principale. l. nuda. C. de ꝯhen. ⁊ committē. stipu. tradit per doct. in. l. petens. C. de pac. in. l. lecta. ff. si cer. pet. in. l. si pacto quo penā. C. de pac. (Et facit iste tex. ꝑʒ Bal. Ange. ⁊ alios qd priuileg. exequutionis ꝯcessum mēbris ecclesie nō porrigit ad ipsam eccl'iam ⁊ p tex. in. c. p exceptionē. de priuile. in. vj. et in. c. cū capella. de priuil. in antiqs. sicut nec priuilegiū executionis concessum comitatui nō extendit ad ciuitatem scōm eos. ista
2 sunt dicta scribentium circa regulā huius text. †Tu adde ad istā regulam vtilē cōclusionē in practica: qd clausule accessorie seu posite in executiuis nunq̄ ampliāt gratiā principaleʒ nec rescriptū nec cōtractū. tex. est valde solennis ⁊ sing. in cle. j. de preben. ad fi. quē tex. do. Abb. ⁊ alij ibi reputant ad hoc sing. ⁊ eum valde not. Ro. in consi. ccccxlviij. incip. in casu quo querit nūquid reuerendissimus. in vlti. col. ⁊ Bal. in. l. ea quā. in pe. char. C. de fideicom. vbi limitat. d. cle. j. in fin. qd quāuis verba apposita in executiuis nunq̄ amplient gratiam: vt ibi est text. tñ bene possunt declarari verba ambigua ipsius gratie ⁊ p illū tex. in. d. cle. j. dicit do. Ant. de bu. in consi. xxix. incip. visis punctis ⁊ quesitis qd verba ad executionem prolata non alternant vim primarie dispositionis sed solū in suo primo intellectu confirmāt nihil addēdo. (Scdo p illū text. d. cle. j. ad fi. no. Jo. de imo. in. l. q rome. §. duo fratres. in. viij. col. ff. de ver. ob. qd clausula adiecta ad executionē principalis dispositionis: nō ampliat eā. idē tʒ Clade. tit. de preben. in cōsi. xvi.
3 Pau. de ca. in ꝯsil. cxxxij. inci. notandū est. in pn. ¶ †Tertio per illā cle. j. dicit egregie Ab. in. c. cū nostris. in pe. col. ad fi. de ꝯcel. preben. ⁊ exclamat vsqꝫ ad celum: q clausula amoto quocūqꝫ detentore: que semper apponit in oībus rescrip. pape: si sit apposita in executione gratie: put semp apponit: vel in literis executorijs nō purgat rescriptum quin sit subreptitium ⁊ inualidū: eo qr nō est facta mentio de colorata possessione aduersarij: ⁊ refert ita tenuisse Lap. ⁊ Cal. p tex. in. d. cle. j. ⁊ dicit ppetuo tenendū cordi. et
4 ita tʒ Cal. lʒ ipse nō referat. in ti. de preben. in cōsi. xxv. ¶ †Quarto ⁊ vlti. no. ⁊ adde nā debes scire qd si papa vel princeps scribat ordinario ⁊ dicat autoritate nostra facias ppter illa verba autoritate nostra censet cū facere delegatū in illa cā. qr adijciendo illa verba: autoritate nostra censet facere delegatū: p regulā. c. cū aliqbus. de rescript. in. vj. ⁊. c. lʒ in corrigēdis. de offi. ordi. in antiquis et qd per ista verba autoritate nostra: ordinarius censeat delegatus: firmat expresse Bart. in. l. more. in. iij. col. quem oīo videas et ibidē alij. ff. de iuris. om. iu. ⁊ lʒ Bar. ad hoc nihil alleget in specie allega tu tex. i. c. cū venissent. ⁊ ibi ad hoc no. d. Ant. ⁊ alij de testi. intellige istā ꝯclusionē esse verā: qñ illa verba: autoritate nr̄a apponunt in p̄ncipali dispositione: vt qr dicat autoritate nostra cognoscas: tunc bene facit delegatum eū: secus si apponerent in cōfirmatione dispositionis: puta qr dicatur autoritate nostra cōfirmamus quicqd feceris: qr tūc nō facit eū delegatū: qr apponit in executiuis: ita tenent Cardi. et Jo. de imol. in. c. qm̄ abbas. de offi. dele. ad hoc mouentur p text. in. d. cle. j. ad fi. de p̄bē. in. vj. ⁊ istud vltimum sequit ⁊ commendat Alex. in. d. l. more. in. vj. col. ad fi. ⁊ teneas bene cordi istā regulam sic ampliatā: qr est bona in practica ⁊ sepe occurrit.

1 ☞ Filius naturalis tm̄: existente legitimo ⁊ naturali pōt tñ institui heres a patre: ⁊ alteri heredi substitui.

2 Per dationem vulgaris substituti nō tollit existētia sui heredis quo ad impediendā transmissionē hereditatis non adite.

2 Una determinatio respiciens duas personas: dʒ intelligi in casu in quo pōt vtriqꝫ equaliter conuenire.

4 Pater nō pōt substituere pupillariter filio naturali tantū: qr nō dicitur esse in potestate patris.

5 Filij lʒ sint ambo impuberes: tñ si sint disparis etatis sub breuiloqua nō continetur pupillaris.

6 Filius naturalis de iure fforum: poterat olim institui: lʒ hodie sit aliter limitatum.

7 Breuiloqua substitutio an sit species substitutionis: an vero quedam qualitas.

8 Breuiloqua quare appellata fuit reciproca.

9 Quibus verbis ista substitutio breuiloqua fieri soleat.

10 Quis effectus sit istius breuiloque substitutionis.

11 Si breuiloqua fiat duobus impuberib⁹ in codicillis: an cōtineat duas fideicōmissarias tantum.

a ¶ Fratri mēdicātiū. adde glos. in. l. ꝑuo alieno. in. §. j. de legat. j. Bal. ī c. j. §. rursus ī. iij. col. qb. mod. feud. amit. in vñ. feu.

b ¶ Frater minor. adde Nic. d vbal. q fuit auditor sacri palatij in tractatu d suc. ab intest. in j. col. Mat. ī tractatu. d suc. ab itest. in. iiij. nota. Car. ʒaba. ī ꝯsi. cij. in. ij. col. Fede. de se. cōsi. xxvj. incip. casus talis est.

c ¶ Accessorium. adde regulam accessorium. ⁊ ibi Dyn. et doc. de reg. iur. li. vj. gl. ⁊ doc. in verbo astringi. in. c. qr ī plerisqꝫ. d offi. ordi. eo. lib.

12 Breuiloqua substitutio solū continet directas τ nō fideicōmissa-
rias: nisi diceretur compendiosa.
13 Substitutiones contente sub breuiloqua sunt expresse verbis ge-
neralibus licet non specialibus: tamen matrem excludunt.
14 Breuiloqua an contineat pupillares substitutiones in persona
impuberum qñ est admixtus pubes.
15 Si testator habet vnum filium anniculum alterum .xij. anno. qui-
bus testator breuiloque substituit an illo .xij. an. effecto pubere ex-
tinguatur pupillaris substitutio in persona alterius qui adhuc
est impubes sicut in persona ipsius puberis.
16 Testator qñ sciebat etatem disparem vtriusq; filij simpliciter sub-
stituendo nec aliter limitando: videtur voluisse ex generalitate in
equalitate postea contingere ex quo aliter in specie non prouidit
nec presumitur mutata voluntas testatoris.
17 Testator si duos filios impuberes instituat τ eos inuicem substi-
tuat: τ vnū ex his emancipet: ita qđ pupillaris substitutio eman
cipatione vnius finiatur: an etiam finiatur in persona alterius re-
tenti in potestate: τ sic extinguatur in persona vtriusq;.
18 In breuiloqua substitutione sunt correlatiue et destructio vnius
correlatiuorum est destructio alterius.
19 Si per emancipationem vnius ex filijs tolleret pupillaris substi
tutio in persona alterius in potestate retenti: sequeretur qđ here-
ditas posset adimi alio actu quam in testamento.
20 Si ab initio pater instituit duos impuberes vnū in potestate al-
terum emācipatum τ eos inuicem substituit: postea emācipatum
adoptauit: an pupillaris substitutio ɔtineat sub illa breuiloqua.
21 Testator habens duos impuberes quoꝝ vnum instituit alterum
exheredauit: τ eos postea adinuicem substituit: an ista breuiloqua
continebit etiam substitutionem vulgarem.
22 Testator habens duos filios vnum impuberem alium puberem:
sed furiosum: τ eos adinuicem substituit: an ex parte pupilli cōti-
neatur etiā pupillaris: τ ex parte furiosi ɔtineat etiam exēplaria.
23 Femine institute in certis rebus τ substitute τ demū filijs mascu-
lis vniuersaliter institutis: si postea testator dicat omnes filios
meos adinuicem substituo: an filie predicte videantur cū mascu-
lis adinuicem substitute.
24 Heres grauatus a testatore dare titio centū: τ si titius nō super-
uixerit tpe mortis testatoris eius heredibus: si titius instituerit
masculos heredes vniuersales τ filiā feminā in re certa: nunquid
cōprehendetur femina in illa institutione cum filijs masculis.
25 Filius institutus in re certa τ grauatus fideicōmisso nō detrahit
duas quartas: quia non est proprie heres.
26 Quando est vnus masculus heres institutus vniuersaliter τ vna
femina in re certa: τ testator dixerit in plurali: si vnus eoꝝ decesse-
rit substituo superstites: illa pluralitas cū non possit in vno veri-
ficari tunc veniet etiam femina.
27 Quando oēs masculi repudiassent vel mortui essent ante aditam
hereditatem: filie institute in re certa haberent totā hereditatem
per ius accrescendi.
28 Breuiloqua substitutio qñ non fit simpliciter de per se sed conci-
pitur in casum specialem vulgaris: hoc modo: si quis heres non
erit: tunc pupillaris tanq̄ contenta sub expressa vulgari est oīno
tacita τ non excludit matrem.
29 Breuiloqua simpliciter τ de per se facta non cōtinet sub se fidei-
commissariam substitutionem.
30 Sub breuiloqua continentur fideicōmissarie substitutiones.
31 Habens duos filios de prima vxore τ duos de secunda quos in-
stituit τ adinuicem substituit: vno repudiante vtrum admittatur
ille solus qui est vtrinq; coniunctus. τ nu. 32.

Lucius. In ista .l. Bar. ponit quintam repeti. breuiloque substitutionis que mate-
ria est valde subtilis et valde disputabilis. summa vt
hic per Bart. diuidit in quinq; In prima ponit the-
ma. In scđa elicitur qđ. In tertia ponit rñsio. In quarta ponitur
ratio rñsionis. In quinta τ vlti. ponitur limitatio. scđa ibi: quero
an hereditas eius. tertia ibi: rñdi ad primum casum. quarta ibi:
cum in naturalis filij. quinta ibi: aliter si eiusdē casus est pulcher.
1 ¶ † Not. j. ex isto tex. qđ filius naturalis tm̄: existente legitimo et
naturali pōt tñ institui heres a patre τ etiā substitui alteri heredi:
quō istud possit succedere erit pulchra subtilitas de qua dicetur
2 in gl. ij. ¶ † Scđo pondera hic esse tex. fm Ang. expressum cōtra
cōem sniam: q̄ per dationē vulgaris substi. nō tollit existētia sui
heredis quo ad impediendā transmissionē hereditatis nō adite:
et sic in his que veniunt extra testm̄. tex. est hic. nam iste filius suus
hz substitutū naturalem fratrē: mortuus est anniculus: τ ɔsequē-
ter hereditate nō adita: q2 adire nō potuisset. τ tñ admittit mater
excluso substituto. illud nō potest esse ex alio: nisi q2 filius heredi-
tatē patris nō aditā transmisit ad matrē ex potētia suitatis: ergo
apparet hic esse tex. qđ per dationē vulgaris substi. nō tollit sui-
tas ad impediēdum transmissionē: q2 venit extra testm̄: quamuis
cōtrarium tenet Bart. τ cōiter oēs in .l. si filius heres. per illū tex.
s. de libe. τ posthu. Tu pōdera fortius qđ si vera est induc. Ang.
de isto tex. certe hic nec datio vulgaris substitu. nec datio cohere-
dis extranei hz tollere istum effectum suitatis vt transmittat he-
reditas nō adita ex potētia suitatis. nā si in isto tex. erat vulgaris
substit. erat etiā τ idē coheres extraneus: τ tñ neutrū impedit: q2
in isto tex. verbum nullū. ad hoc rñdet Imol. τ bñ: qđ iste tex. non
probat no. Ang. q2 in ista .l. potuit habere tutorē per quē potuit
adiri hereditas .l. potuit. τ .l. si infanti. C. de iur. delibe. τ posito qđ
nō habuerit tutorē: q2 litera nō dicit iudex potuit supplere defe-
ctum tutoris in adeundo hereditatem qñ nullus est tutor. text. est
in .l. si infanti. in fi. et .l. bonorum. C. qui admit. nec est verum illud
qđ presupponit Ange. qđ iste filius legitimus mortuus sit anni-
culus: q2 lz relictus fuerit a patre anniculus: tñ impubes decessit
vt subiūgit tex. τ sic potuit esse maior infante. Preterea q̄ in isto
tex. fuerit adita hereditas clare apparet in tex. ibi dum dicit: non
ad sequentem. τ ibi gl. in verbis postea apparēt etiam ex alio fm
Alex. q2 iste tex. tractat de hereditate pupil. τ nō de paterna. Tu
aūt subtilius impugna no. Ang. q2 lz vulgaris facta verbis spe-
cificis tollat suitatē: tñ vulgaris ɔtenta in breuiloqua: put loquit
ista .l. non tollit suitatē etiā quo ad aliquē effectū: q2 lz dicatur ex-
pressa verbis generalibus. tñ nō est expressa verbis specificis. ita
tz Ang. met in .l. papinianus. §. qm̄ quarta aūt. ff. de inof. test. cir-
ca fi. Raph. cu. τ Pau. sequunt in .l. si fili9 heres. s. de lib. τ posth.
et lz istud vltimū reprehendat Alexā. j. in .vj. col. τ in .d. l. si filius
heres. in vlt. col. tñ nō multū forti rōne mouet: sed solū q2 est saltē
expressa verbis generalibus. tñ de isto vltimo non extēdo me hic
3 q2 est incidēter tactū. ¶ † Tertio not. ex hoc tex. qđ vna determi-
natio respiciens duas psonas dz intelligi in casu in quo pōt cui-
libet cōuenire pariter. facit .l. iam hoc iure. s. eo. ibi fuit dictū: am
4 plius nō repeto. ¶ † Quarto no. q̄ pater nō pōt substi. pup. filio
naturali tm̄. rō q2 nō est in ptāte patris. instit. de pa. po. in princi.
5 iuncta regula .l. ij. in prin. s. eo. vbi tex. ¶ † Quinto pondera tex.
ibi: aliter si eiusdem etatis liberi: in illis verbis: eiusdem eta. hoc
probari qđ si filij sint ambo impuberes: si tamē sint disparis eta.
tunc sub breuiloqua non continetur pupillaris. ita videt velle li-
tera dum dicit eiusdē etatis. tñ ɔtrium est verius. τ glo. hic in ver-
bo etatis. declarat tex. tñ destruit. Bart. j. examinat in materia et
fatet qđ iste tex. realiter pbat predic. no. dicet etiā hic in loco suo.
¶ Sexto pondera eundem tex. in verbo liberi. qđ verbum liberi
platum a .l. simplr intelligat de filijs legitimis: τ nō de naturali-
bus liberis tm̄: de quo pūcto q2 posses dicere q̄ ita intelligas hic
per pcedētia: tradit in .l. ex facto. §. j. ff. ad treb. τ in .c. in psentia. de
proba. ¶ Uenio ad apparatū glo. Capio gl. in verbo. ad primū
casum diuiditur. In prima declarat text. In scđa oppo. et soluit.
6 ¶ † In ea. gl. in fi. habes ex gl. qđ filius naturalis de iure ffoꝝ po
terat institui lz hodie sit aliter limitatū. In ɔtrium videt tex. in .l. si
is qui solū. τ in .l. ex facto. §. iul. s. eo. τ rñdet Bar. dupliciter dic
vt per eū. τ prima sol. Bar. est ɔtra tex. in aut. qui. mo. na. effi. sui.
in prin. vbi dicit tex. τ illū tex. pro sing. pōderauit Ro. in .l. cogi.
§. is qui solidū. ff. ad treb. cōtra gl. τ Bar. hic. Scđa sol. videt cō-
fundi per tex. in .l. is qui: nō cauillando literam. tñ q2 ista difficul-
tas est sine vtilitate teneo primam solu. defendendo vt defendunt
7 Moder. ¶ † Capio glo. fi. extra glo. tractat Bar. materiā breui-
loque substitutionis p quatuor prin. q. Querit primo Bar. nun-
quid breuiloqua sit species substitutionis de p se: τ dicit qđ non:
q2 est quedā adiectio. Adde qđ cum opi. Bar. trāsit simplr Sali.
hic. τ Albe. de rosa. qui dicit qđ doc. Guil. τ antiquorum in repe.
istius rub. in .xxj. co. τ Bal. in repe. c. si pater. in materia reciproce
substi. de testa. in .vj. sed Jo. de imo. dicit qđ lz proprie τ stricte lo
quendo non sit species substit. de per se: quia semper cadit in ali-
quam de dictis speciebus. tamen late loquēdo potest dici species
de per se: eo q2 ista substitutio semper hz fieri pluribus τ recipro-
ce: qđ non est necesse in aliqua aliarum substitu. τ pro hoc tex. in .l.
iam hoc iure. s. eo. appellat tertium genus distinctum a pupil. et
vulga. τ per hoc glos. τ doct. faciunt specialem mentionem de eo.
idem formaliter tenet Roma. in .l. in testamento. C. de testa. milit.
istud idem qđ breuiloqua sit species substi. de per se tenet Bal. τ
Sali. in .d. l. pcibus. per .d. l. iam hoc iure. τ Ange. hic. Raph. cu.
in .d. l. iam hoc iure. in .ij. col. τ in rub. s. eo. concordat istas opi. et
eius sniam tenet Alex. quia quantum ad formam dicitur species
de per se: sed quantum ad effectum non est species de per se: quia
aut est vulgaris aut pupillaris semper. Are. in rub. s. eod. subti-
lius reprehendit Bart. dum vult: quod breuiloqua sit quedā ad-
iectio. adde qđ quedā qualitas prout est actio de peculio. dicit Are.
qđ illa qualitas de peculio: in rem verso τ similis: licet nō alteret
essentiam actionis: tamen moderatur τ diminuit effectū condem
nationis τ exactionis q2 dñs cōuent9 ex cōtractu de peculio: nō
condemnatur in totum: sed quatenus est in peculio .l. in delictis.
§. si detracta. ff. de no. sed istud non facit breuiloqua quo ad effe-

etum aliarũ substi. vnde fm eũ põt dici et melius qd breuiloqua est adiectio quedã idest quidã modus inducendi quandã substitutionẽ sub noua forma verborũ: ⁊ sĩ qꝛ est eadẽ essentia ⁊ effectus non facit nouã speciẽ: ⁊ dicit tex. no. i. l. ij. in fi. C. cõia de leg. et sic pondera qd Are. in effectu tꝫ opi. Rapha. cu. quã etiã tenet ⁊ clarius idẽ Are. in. l. in testõ. C. de testa. mili. Tu autem considera verba Bar. qbus bñ cõsideratis: cessat impugnatio Are. Bar. enim dicit: qd breuiloqua nõ est ꝓprie substitutio nec species substitutionis ꝫ quedã adiectio: sicut in simili dicimus in actiõe de peculio: põdera qd Bar. dũ dicit sicut in simili dicimus in actione de peculio: nõ voluit dicere qd breuiloqua sit adiectio eo modo quo actio de peculio censeť adiectio ⁊ qualitas: qꝛ Bar. nõ vult equiparare istas adiectiones sed per similitudinẽ declarare.

8 ¶ †Circa ij. q. prin. quare appellať reciproca. adde qd istud nomẽ breuiloqua lꝫ fuerit magistraliter impositũ a glo. ⁊ doc. tñ sumptũ fuit a tex. in. l. ⁊ cum in testamẽto. §. hec. verba. ibi breuiter substituiť. s. tit. j. sed gratia iuuenũ queramus qd nomen sit magis proprium an breuiloqua an reciproca teneo qd verbũ reciproca sit magis proprium quo vtitur iuriscõsultus in. l. iã hoc iure. eo quia istud verbũ reciproca nec actu nec habitu cõuenit nisi isti substitutioni nec alij adaptari potest: ꝫ terminus breuiloqua que dicit: qꝛ sub breuitate verborũ multas substi. cõtinet. iste terminus etiã cõuenit compẽdiose: cõpendiosa dicit que sub breuitate: tñ est dicere sub cõpendio sicut sub breuitate. ⁊ illa cõpendiosa continet etiam plures substi. nisi diceres quod in breuiloqua non sunt tot verba sicut in cõpendiosa vel nisi dixeris: ꝓut dixit Albe. in repe. istius rub. in. xcj. col. qd breuiloqua est que sub breuitate verborũ continet multas substitutiones ⁊ plures ꝑsonas qd nõ cadit in cõpendiosa: ⁊ ideo teneo qd propri⁹ sit terminus reciproca.

9 ¶ †Circa tertiã. q. prin. bar. qbus verbis fiat ista breuiloqua substitutio: ⁊ ponit ꝙ quatuor modis. Adde circa scdm modũ Bar. inquãtũ vult ꝙ breuiloqua fiat ꝑ illa verba: vterue eorum viuet per. l. si titius cum. l. se. s. ti. j. ff. de here. insti. illa. l. nõ dicit qd per ista verba fiat breuiloqua substitutio. imo potius vr̃ probare cõtrarium qm̃ dicit ꝙ resultat tacita substitutio melius probat tex. in. l. si fundũ sub conditione. §. his verbis. j. de lega. j. ⁊ ita reperio tenere Albe. ꝙ ista nõ sit breuiloqua ⁊ qd illa iura nihil probãt in repeti. istius rub. in. xcj. col. Tu autem defendẽdo Bar. dicas qd illa iura probant iuncta rõne quã ponit Bar. qꝛ regula est: qd qñ sub vna oratione substituitur duob⁹ reciproce hincinde: illa appellať breuiloqua. Adde etiam inquãtum Bart. cõcludit qd per verbũ ꝑueniat seu deueniat fiat breuiloqua substitutio. nã Albe. de rosa. in loco pre alleg. tꝫ opi. Ray. ꝯ Gui. ⁊ Bar. qꝛ vna est substitutio fideicõ. per text. in. l. luci⁹. §. filia. in. l. heredib⁹. §. fi. in. l. heredes mei. §. cũ ita ff. ad treb. q̃ iura aperte dicunt: qd ꝓpter verbũ deueniat induciť fideicõ. Tu autẽ aduerte ꝙ ista iura istud dicũt ⁊ ea allegat Bar. in. l. centurio. in fi. col. s. eo. et sic ista iura probant qd verbũ deuenio aut peruenio possunt esse obliqua: ꝫ alibi habemus qd sunt directa verba. c. ray. in verbo perueniant. cũ gl. de testa. in. l. heredi. et ibi Bar. C. de heredi. insti. ⁊ bonus tex. in. l. si ita fuerit. ff. de lega. iij. ergo ex oĩbus simul iunctis apparet qd verbũ perueniat aut deueniat est cõe qꝛ adaptať vtriqꝫ. ergo Bar. hꝫ intentum qd

10 si substitutio breuiloqua in vna oratione fiat duob⁹ ⁊c. ¶ †Circa. iiij. q. Bar. princi. qs sit effectus istius substitutionis breuiloque: ⁊ lꝫ scribẽtes nihil addãt nec faciãt mentionẽ de ista. q. Bar. Adde inquantum concludit Bart. qd breuiloqua aliqñ continet duas vulgares tñ aliquãdo duas pupil. tantũ: aliquando duas fideicom. tñ: qꝛ posset dubitari nũquid breuiloqua ꝯtineat duas exemplarias tñ: ⁊ dicendũ est qd nõ: qꝛ nunqꝫ põt cõtinere duas exemplarias: qꝛ simul cõtineat duas vulgares. ratio qꝛ exẽplaria non potest fieri exheredatis. d. l. humanitatis. in verbo legitima. C. eo. declarat Barto. i. l. ex facto. in prin. in. vij. col. s. eo. ꝫ ergo breuiloqua posset continere duas pupil. tãtum. qñ fieret exheredato tamen exemplaria semper continet vulgares. Secundo adde inquantum Bar. vult: qd breuiloqua cõtinet sex substi. quando simul misceretur cũ compendiosa. tu dic melius: qd imo breuiloqua de per se põt cõtinere sex substi. directas: et oẽs erunt directe ⁊ de per se absqꝫ compẽdiosa: qñ duobus impuberibus in potestate existentibus et mentecaptis substitueret breuiloque: continerentur due vulg. due pupil. ꝑ tpe etatis pupillaris ⁊ due exẽplarie pro tẽpore etatis minoris. ⁊ sic erũt oẽs sex directe absqꝫ

11 cõpendiosa. ⁊ istud etiã voluit postea Bar. †Tertio adde inquãtum Bar. vult qd si breuiloqua fiat duobus impuberibus in codicillis quod cõtinebit duas fideicom. tantum: per. l. sceuola. j. ad trebel. videretur dicendum oppositum: qd si pater duobus filijs impuberibus in potestate existentibus substituat breuiloque in codicillis: quod contineantur directe non autem fideicommissarie substitutiones. nam ideo in. l. sceuola. directa substitutio facta in codicillis non valet: quia ibi testator non poterat directo in codicillis substituere. ideo ex equitate valet iure fideicom. sed in terminis nostris: pater potest inter liberos in codicillis directo substituere. istud ꝓbat tex. ⁊ ibi in terminis Bart. in. l. militis codicillis. j. de testa. mil. in prin. vbi est tex. qd miles põt in codicillis directo substituere lꝫ paganus non. ergo sicut miles põt ita põt pater inter liberos: ⁊ per illũ tex. dicit ibi Bar. se obtinuisse ꝯtra oẽs aduocatos: vt ibi per eum ⁊ illã decisionẽ Bart. sequunť indifferenter oẽs Moder. in. l. hac cõsultissima. §. si quis autẽ. C. de testa. vbi aliqñ de hoc plene dixi. illaꝫ decisionẽ Bar. ꝗuis multi teneant ꝯtrarium. ⁊ cã etiã sequiť Are. in. l. coheredi. §. cũ filio. per glo. ibi. s. eo. ⁊ idẽ Are. in aut. hoc inter liberos. C. de testa. Confirmať viua ratione: qꝛ sicut in milite permittiť qd possit in codicillis directo substituere tex. clarus in. d. l. codicillis. in prin. istud est qꝛ in milite seruetur ius gentiũ: cum etiã in patre testãte inter liberos seruatur iusgentiũ. ideo fit equiparatio a patre cũ milite ita equiparant. Bar. ⁊ doc. in. d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. ⁊ alibi sepe. ergo videtur Bart. hic male dicere: qd si diceres istud ꝓcedere qñ appareret qd pater in codicillis voluisset inter liberos directo substituere. nã tũc bene posset: sicut ⁊ miles: sed in dubio ꝓsumendũ est qd nõ voluerit substituere iure cõi. et sic per fideicommissum. d. l. sceuola. sicut etiã in milite presumiť ꝙ substituat iure cõi ⁊ non militari in dubio. d. l. in testõ. C. de test. mili. qꝛ dico qd in casu nostro apparet qd testator voluit directo substituere: ⁊ ꝓbať dupliciter. Primo ex quo fecit breuiloquam sub

12 stitutionem †clarũ est ꝙ breuiloqua solũ ꝯtinet directas ⁊ nunqꝫ continet fideicõmissarias: nisi adijceretur cõpendiosa: vt probat late Bar. j. in vlt. col. vbi diceť per. l. ij. C. eo. ex quo ergo pater inter liberos fecit breuiloquã substi. ⁊ breuiloqua ꝯtineat directas apparet qd voluerit facere directas. scdo probatur: qꝛ qñ testator põt facere directas substi. in dubio censeť fecisse directas: si verba patiuntur. regula tex. est in. c. si pater. de testa. in. vj. tñ posses dicere qd ille tex. loquitur qñ põt facere directas de iure cõi. secus si de iure speciali. ⁊ sic precedẽs ratio videť melior. Considera tñ qꝛ Bar. vult qd sepe equipareť testũ militis ⁊ testũ patris inter liberos: qꝛ vtrobiqꝫ attendiť merũ iusgentiũ: sepe dubitaui qd ista equiparatio nõ sit bona. nã habeo qd miles põt decedere cũ duobus testamẽtis. Itẽ põt decedere pro pte testatus ⁊ pro pte intestatus. l. iur. mili. ff. de test. mili. ⁊ tñ si idẽ dicerẽ in testõ patris inter liberos: videreť diridiculũ ⁊ cõtra aut. hoc sine. ⁊ aut. inter liberos. C. de testa. ista sunt dicta cã cogitãdi. nemo enim discrepat

13 a Bar. nec tu recedas ab eius opi. ¶ †Circa scdam. q. in ista. iij. q. prin. ꝯcludit Bar. in ista. ij. q. qd substitutiones cõtente sub breuiloqua sunt expresse verbis generalibus lꝫ nõ specialibus ideo matrẽ excludunt: idẽ tꝫ Bar. in. d. l. ꝓcibus. ⁊ latius in. l. j. in prin. in. ij. q. prin. s. eo. Bal. ⁊ Ang. in. d. l. iam hoc iure. Ange. ⁊ Sali. in. d. l. in testõ. ⁊ Ang. in consi. clj. incip. quidã Nicolaus. ⁊ ista est vera ⁊ cõis. Limita singul'r nisi breuiloqua esset collata in casum specialẽ vulgaris: puta: institutis liberis si testator diceret: si qs eoꝝ heres nõ erit eos ad inuicẽ substituo: tunc pupillaris ꝯtenta est oĩno tacita ⁊ nõ excluderet matrẽ. ita limitat singul'r Bar. j. in vlt. col. in ver. pone instituo duos impuberes. ⁊ ibi reseruo dicen-

14 dum. ¶ †Circa tertiam qõnem. in ista. iij. q. princi. pone instituo duos filios impuberes ⁊ aliũ puberẽ ⁊c. cõcludit Bar. in ista. ij. q. qd breuiloqua non cõtinet pupillares substitutiones in persona impuberũ qñ est admixtus pubes. Adde qd cũ opi. Bar. trãsit simpliciter Sali. hic. ⁊ idem Sali. ⁊ Ludo. in. l. in testamẽto. C. de test. mili. Ange. de are. in. §. sed ⁊ plures. in. ij. col. insti. de vul. substi. Are. in. l. iam hoc iure. in. v. ⁊. vj. col. s. eo. ⁊ ista est cõis ⁊ vera: quamuis primam opi. Guil. ⁊ Ray. teneat Albe. de rol. in repeti. istius rub. in materia breuiloque. in. vij. q. ⁊ Jo. fab. in. §. qua ratione. in. viij. col. insti. de pupil. substi. alibi tñ Bald. concordat istas opinio. in. d. l. in testamento. in. iij. q. ꝙ opi. Bart. procedat quãdo ille tertius pubes erat frater prout loquitur Bar. ⁊ inter eos cadat ius succedendi ab intestato: testator presumiť illud conseruasse: vt dicit Bart. secus si ille tertius esset extraneus: qꝛ tunc in persona impuberum cõtinentur pupil. ex presumpta voluntate testatoris. arg. l. paulo cali. §. j. in ratione sui. j. de leg. ij. ⁊. l. aurelius. §. titius testamẽto. ff. de libe. leg. ⁊ licet Alex. dicat: qd ista iura parum faciant qꝛ sunt diuersissima a casu nostro: credo quod optime faciunt in ratione. nam in illis iuribus habetur quod contra proprietatem verborum frater admittitur ad hereditatẽ fratris: ergo similiter in ꝓposito: fauore fratris licet vnitas orationis repugnet tamen continebitur pupillaris respectu extranei. Istam theoricã Bal. tenet etiam Ang. lꝫ de Bal. nõ faciat mentionem: in cõsi. cccvj. incip. testator de Uerona. vbi dicit ꝙ legẽdo semp solitus est cõcordare has opinio. ⁊ qd cuilibet sani capi. hec opi. debet esse cõformis ⁊ iuridica. reperio quod eam sequiť Are. in. l. in testamento. in. iij. qd. C. de testa. milita. tamen istam distinctionem reprehendunt Sali. ⁊ Lud. in. d. l. in testõ. et bene. Jmol. in. d. c. raynu. ⁊ Alex. hic. ratio quare substitutio breuiloqua solum contineat vulga. ⁊ nõ pupil. est ratione equalitatis: vt dicit Bar. ista ratio

15 ista ratio militat etiã qñ ille tertius esset extraneus. ¶ Circa. iiij. q. testator hʒ vnum filiũ anniculum alterũ qui. xij. an hʒ &c. breuiloque substituit: postea ille qui habebat. xij. ann. effectus est pubes & extincta est pub. substi. in psona sua. an ita extinguaꝛ in psona alterius qui adhuc est impubes &c. Concludit Bar. qd breuiloqua facta impuberibus lʒ vnus citius pubescat: et sic finiatur pupil. substi. tñ durat in psona alterius vsq ad pubertatẽ. ¶ Adde qd idẽ tʒ bal. hic post Aber. de Cremona: q lʒ cesset vna ratio. s. equalitas: nõ tñ cessat volũtas testatoris. que cã tanq potentior attendi dʒ sin ꝯtrium tñ allegat tex. in. l. si tutor reipublice. ff. de tu te. et ra. distra. Jmo. credit qd alleget illũ tex. in prin. & tunc nihil facit. rñdet Jmo. vt per eũ. istã solu. refert & sequiꝛ Ang. de are. in §. sed plures. in. ij. col. insti. de vulg. substi. sed errant q Bal. non allegat illum text. in prin. qui nihil facit. sed allegat Bald. in. §. j. qui multum facit. et potest induci vt magis stringat ille text. nam sicut pupil. substit. ẽ prouisio filij: ita etiam tutela. sicut ergo ibi tutela propter pubertatem vnius extinguitur ita etiã in personã alterius quãuis impuberis. Jdem similiter dʒ esse in breuiloqua et tanto fortius q breuiloqua desiderat equalitatẽ tutela nõ. & ad hoc rñdet Jmo. & Ang. de are. Sed defendẽdo Bar. dic qd rñso aperte colligiꝛ in illo text. quia qñ vnus frater est effectus maior incipit esse locus legitime tutele. & ideo extinguit datiuã. i. datũ a iudice & pp̃ter hoc subiungit text. qd si ille tutor fuisset testamẽtarius quo casu legitima tute. non facit cessare testamentariã non tolleretur tutela in persona impuberis. in forma rñdendo dic qd in illa. l. extinctio tutele in persona vnius fratris de necessitate influit extinctionem alterius: q ex quo frater est effectus maior incipit esse locus legitime tutele et deferꝛ ad eum: q ipsa legitima extinguit datiuã a iudice: text. est in. l. si quis sub conditione. ff. de testa. tu. sed istud cessat in pposito nostro: q extinctio pupillaris in persona vnius de necessitate non influit extinctionẽ in personã alterius. ex quo a prin. ambo fuerũt impuberes qd sufficiat. & istã rñsionem ponit Ro. in. d. l. testamẽto. C. de testa. mili. & ibidem latius Are. in. iiij. & v. col. hic nihil dicit.

16 Adde † qd istã opi. Bar. etiã tenet Bal. in. d. l. in testamẽto. in. viij. q. & ibi Sali. & Ro. C. de testa. mili. Pau. et simpliciter Aler. hic qui plus nõ dicit: idem cum Bar. tenent Sali. Jmo. Raph. cu. & Are. hic. & Ange. de are. in. §. sed & si plures. insti. de vulg. substi. in. ij. col. & ista est cõis opi. & vera quã etiã tenet gl. hic q̃uis dist. Ray. hic per Bar. relata tenuerit Albe. de rosa. in repe. istius rubr. in materia reciproce. In qua. q. teneas ergo cõem sniam ꝗuis Jo. fab. in. d. §. qua ratione. in. viij. col. teneat extingui in psona vtriusq p tex. in. l. alteri. ff. de adi. lega. quẽ allegat Bar. in sequẽti. q. vbi dicam de illo tex. ¶ Pro ista cõi snia addo tria fundamenta. primo quia ex quo testator sciebat etatem vtriusq filij. l. octaui. ff. vñ cog. certe simpliciter substituendo nec aliter limitando videꝛ voluisse ex generalitate in equalitate postea cõtingere: ex quo aliter in specie nõ prouidit. l. vnica. §. sui autẽ adde scienter. C. de cad. tol. ¶ Scdo q nõ presumitur mutata volũtas testatoris. l. cum tacitum. & l. cũ qui. ff. de procu. ideo semel inclusum ex volũtate testatoris presumitur semper durare. ¶ Tertio moueor q substitutio directa postq semel est cõprehẽsa sub breuiloqua nõ potest reuocari etiam ex expressa mutatione voluntatis testatoris sine noua solennitate. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testa. mili. nec dicatur qd ista non fit mutatio sed fit declaratio voluntatis vt dicit Bart. in sequenti articulo & ostẽdam Bar. in hoc male dicere. ¶ Querit etiam Bar. testator habet duos filios impuberes & eos instituit & inuicem substituit. demũ vnuʒ ex his emancipat. ita quod pupil. substi. finitur in persona illius emancipati. an etiam finiatur in personam alterius retenti in potestate.

17 ¶ Circa. v. q. Bart. istum articulum intẽdo plene disputare pro vtraq parte et respondere fundamentis vtriusq partis anteq ergo vlterius procedam q Ray. Guil. & Bar. tenẽt q extinguatur pupillaris in persona vtriusq: videamus an leges allegate per eos bene probent vel nõ. ¶ Primo Guil. allegat tex. in l. j. C. de diuer. rescript. ille tex. nihil facit. ibi enim illud deciditur propter duo. ¶ Primo pp̃ter vnitatem cause cõis. ¶ Scdo propter supplicationem porrectam cõmuni noie: propter ista duo rescriptum principis cõcessum super vna persona intelligiꝛ vtriq concessum. istud clare dicit ibi litera in verbo de cõi consensu & fratrũ libellum supplicatoriuʒ porrexisti. ista cessant in casu nostro. ¶ Secundus tex. quem allegat Guil. videꝛ magis distribuere: & est tñ tex. in. §. ad hoc autẽ. in ver. si autem pater. in aut. vt lic. ma. & aui. colla. viij. vbi nominatio facta de vno filio simpliciter in scriptura publica vel priuata coram tribus testibus non solum facit legitimum illum quem nominauit. sed etiam alios naturales. ergo illud quod disponitur in vno de filijs intelligitur & dispositũ in alio ad istum tex. qui prima fronte videtur stringere: rñdeo altero de tribus modis. ¶ Primo respondeo qd isti casus sunt omnino diuersi. ibi enim cogitur de conferendo cõmodum: hic de auferendo: ibi enim dispositio bñficialis: id est dispositio legitimationis collata in vnũ filium trahitur ad alios filios naturales. in quibus oĩmodo est eadẽ ratio: sed hic ecõtra. querimus an dispositio fauorabilis qualis est substi. pupillaris collata a prin. in plures liberos si deficiat postea ĩ vno p emãcipationẽ an p hoc reuocetur in alijs filijs nõ emãcipatis. ¶ Confirmaꝛ & scdo q ibi agiꝛ de legitimatione. legitimatio aũt est fauorabilis et extẽdenda. ita tʒ Gemi. in. c. j. §. j. in pe. col. de filijs presby. in. vj. ¶ Pet. de anch. in ꝯsil. cccviij. incip. circa primũ q̃situ fuit satis expediẽs nimirũ si ibi fit extẽsio legitimationis de vno filio ad filiũ. sed hic agiꝛ econtra de auferẽdo substi. que similiter est fauorabilis. ¶ Sed non eundo a per mendicata suffragia rñdeo tertio & no. quod pater nominando quem filium[a] simpliciter: ideo diciꝛ eũ legitimare: eo q ex ista legitimatione probaꝛ matrimoniũ matris: nec requiriꝛ alia probatio. ita dicit ad literã tex. in illo. §. ad hoc. ergo sequiꝛ de necessitate: qd omnes sint legitimi: sed istud cessat in proposito nostro. ergo ille tex. nihil facit. ¶ Tertio principaliter mouebaꝛ Guil. per tex. in. l. alteri. ff. de adi. le. & dicit Bar. qd ille tex. optime facit. adde ad illum tex. alium tex. in. l. pamphilo. §. fi. ff. de lega. iij. ad istũ tex. in. l. alteri rñ. Bal. in. d. l. in testõ. in. x. q. & Ang. hic. qd. d. l. alteri. loquiꝛ de onere & nõ de mero fauore. istã solu. irridet Aleran. hic. & dicit qd non solũ est mala solu. imo est pessima: q imo legatum de quo ibi tractatur est dispositio mere fauorabilis sicut hic pupil. substi. hinc est qd legatũ nunq põt afferre nisi vtilitatẽ: hereditas secus. l. si hereditatis. §. j. ff. man. & ita etiã ante do. Aler. istã sol. reprehẽdit Jmo. hic: eam etiã impugnant Lud. & Are. in d. l. in testõ. ego aũt puto qd solu. Bal. & Ange. bene intellecta sit bona & nõ mercatur reprehẽdi. nã legatũ respectu legatarij bene est merus fauor: sed respectu heredis grauati est onus: et de isto ipsi intellexerunt: sed substitutio pupilla. omni respectu ꝯsiderato hincinde semp est fauor. ¶ Alio & scdo mõ rñdet Bal. & Ang. q in. d. l. alteri. vna dispositio habet se ad aliaʒ loco finalis cause: ibi enim ideo legauit estimationẽ. Scdo quia primo legauerat predium nimirum si adempto vno legato reuocatur & aliud: nec alia ratio potest reddi ad. d. l. alteri. sed hic iste substitutiones pupillares contente sub breuiloqua lʒ fraternizent ad inuicem: tñ neutra est finalis cã alterius. ¶ Ex notabili[9] rñde ad. l. alteri. qd loquiꝛ in legatis que reuocanꝛ nuda volũtate etiã tacita. l. ij. §. fi. cũ. l. seq. ff. de adi. leg. secus est in directa pupillari q non põt reuocari nisi cum alia voluntate solenni. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testa. mili. & §. ex eo aũt solo. insti. qui. mo. testa. infir. istã differentiam ponit in specie tex. in. l. si ex parte. ff. de adi. leg. vbi propter inimicitias superuenietes reuoceꝛ legatũ tacite. & tñ non reuocaꝛ institutio eiusdẽ. & ibi glo. assignat rationẽ predictã quã etiã assignat Bal. & Ang. in. l. hereditas. C. de his qui. vt indi. & si diceret vt dicit. j. Bar. q ista est declaratio q põt fieri sine solẽnitate. ego infra ostẽdã Bar. male dicere multis medijs. ¶ p eadẽ parte Ray. allegabat tex. in. l. cũ eiusdẽ. & l. seq. que incipit plerũq. ff. de edil. edic. sed ista iura parũ aut nihil faciunt: & dupl'r rñdeo q illis. ll. causa & vitiũ erat a prin. vnde etiã hic si imparitas fuisset a princ. impediuisset pupil. in persona vtriusq vt in. l. iam hoc iure. s. eo. sed. q. nostra loquitur qñ inequalitas non erat a prin. sed superueniat ex postfacto. vnde non debet tolli id quod est legitime factũ. ¶ Scdo respon. quod ille. ll. loquuntur in his que cõmode separari non possunt. ¶ Circa distinctionem Bart. an emancipatio sit facta ex voluntate &c. Adde qd istam distinctionem sequuntur Salice. Jmo. & Pau. & Alerã. hic. Sali. in. d. l. in testõ. in. viij. q. & ibidem Ludo. ro. idem tenet Angel. de are. in. §. sed & si plures. in. ij. colũ. insti. de vulg. substi. late Jmol. in. d. c. rayn. in materia reciproce. in. vj. q. & ibidem do. Pet. de vbal. de perusio. vbi dicit quod istã opi. cõmuniter tenent doc. ¶ Sed istam distinctionem reprehendit Ange. quia qñ pater ex necessitate emancipauit filium non extinguitur tunc pupillaris: certe ex quo emancipatio precessit culpa vel facto filij: certe multo fortius deberet reuocari substitutio in persona alterius fratris: alias iste filius qui coegit patreʒ: vt eum emanciparet sentiret cõmodũ pupil. substi. cõtra. l. is qui contra. s. eo. ¶ Sed istud reprehendunt Jmo. & Moder. & Ludo. in. d. l. in testamẽto. q pupillaris substitutio est fauor et pꝛouisio pupilli cui fit. vnde propter factum fratris emãcipati nõ dʒ ipse grauari. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testa. preterea qd substitutio pupillaris continuatur in breuiloqua istud pendet a presumpta voluntate testatoris: nõ autem facto fratris. l. iam hoc iure. s. eodem vnde qñ pater voluntarie emancipat videꝛ reuocare substitutionem: sicut videtur reuocare legatum. secus si ex necessitate vt iuribus allega. per Bãrto. ¶ Preterea in casibus in quibus pater cogitur emancipare filium nõ causa filij: sed culpa & delicto patris: patet ex causis enumeratis in gl. in. §. fi. insti. qui. mo. ius pat. po. sol. & sic distinctio Bar. defendiꝛ ab impugnatione Ang. ego aũt reprehendo dist. Bar. alia rõne. naʒ illud qd dicitur qd p alienationem necessariam non reuocaꝛ legatum: procedit qñ alienatur

[a] ¶ Roiãdo quem filiuʒ. adde doc. in c. p tuas. de pba. Inno. ĩ. c. michael. de fil. psby. Ant. de bu. ĩ. c. trãsmisse. q filij sint legi. Bart. ĩ l. j. §. j. ff. de libe. agno.

Omissis prefationi/ bus:quibus ad munus legẽdi accedi so/ let zc. Condito testamẽto liberi z posthu/ mi necessario aut instituũtur aut exhere/ dantur aut pretereũtur: ideo presens ru/ brica habet tres partes. ¶Pro intellectu huius subti/ lissimi tituli premitte duo fm d.Alex. ¶†Primo q ap 1 pellatione liberorũ pprie veniunt liberi vsq ad trinepo/ tes:abinde infra appellanf posteriores.ita dicit iuriscõ. in.l.iuriscõsultus.§.parẽtes.de gradi.large aũt appella/ tione liberorũ veniunt oẽs descendentes in infinitũ.l.sed si hac.§.liberos scõo.de in ius voc.z.l.liberorũ.ff.de vb. sig.z ibi bar.in vlti.col. ¶Scõo premitte qnq̃ spẽs post humorũ quas enumerat gl.magistra in rubri.C.de post hu.here.isti.p tex.meliorẽ q sit in corpore iuris.in.l.filiᵃ a patre.§.i.ff.eo.proprie tñ ᵃ z vere posthumus dicif primo 2 mõ ille q nascif post mortẽ patris. † Alij large z impro/ prie posthumi appellanf.glo.est ordi.in.l.gallus in pnc. in vb.posthumos.ff.eo.z ibi Bart.no.illã glo.ad statuta facientia mentionẽ de posthumis:ibi reseruo dicendum de hoc. Similiter ille dr improprie posthum⁹ q ex secto ventre matris extractus est.ᵇ ita est gl.expressa in.l. post/ humis.in fi.pñ.de inoffi.test.z Ang.ibi no.illã glo.z fm pliciter eã seqũf. In cõtrariũ tñ videf facere tex.in.l.post dicif.ff.eo.ibi reseruo dicendũ de hoc. ¶Vltra predictã glo.est etiã serta spẽs posthumi.qñ post testm̃ cõditum a patre filius spurius vel naturalis tñ fuerit legitimatus: iste censef posthumus ad similitudinẽ filij arrogati post testm̃.d.l.filius a patre.§.i.z ibi ad hoc not.Bal.illũ text. ¶Unde succedit pulchrũ z solẽne dubiũ:tan legitima/ 3 tus post testm̃ patris cũ in eo sit preteritus rũpat tale te stamentũ:z sic pũctus est videre:an talis legitimatus ha beat ius dicendi nullũ de iure ciuili:vel ius ↄtabulandi de iure pretorio:qñ est preteritus. Et qr est vtilis et quo tidianus pussus intendo eam bene examinare pro bono initio mearũ lectionũ. ¶Prima fronte videref dicendũ q nõ:qr pater q fecit testm̃ z postea legitimauit filiũ spu/ rium vel incestuosum vel naturalẽ tm̃:legitimãdo eũ nõ est verisimile q voluerit eligere viã ad impugnãdũ suũ 4 testm̃.l.ij.ff.de testa.mili. ¶†Secũdo z fortius:nã dona tio oĩm bonorũ vel maioris patris reuocaf.si nascantur de nouo filij ipsi donanti.l.si vnq̃.C.de reuo.do.Bar.in l.titia.§.imperator.ff.de leg.ij.Cano.in.c.fi.de dona.z tñ c per legitimationẽ filij spurij non reuocaf donatio facta.ᶜ qr legitimatus tãq̃ posthumus nõ põt reuocare aliena/ tã per patrẽ:eo qr.d.l.si vnq̃.loquif i posthumo facto na turae:z nõ in isto posthumo facto hominis z sic legitima/ to.argu.l.filio quẽ pater.ff.eo.ita in terminis tenet nota. Bal.in.l.ij.ad fi.C.si qd in frau.pa.idẽ Bal.in.l.i.in vlti. col.C.de inoffi.do.Salic.in.l.si totas.eo.titu.do.Marti. laud.in.q.p eũ disputata que incipit augerius.in.ij.colũ. nisi esset legitimatus per subsequens matrimoniũ.c.tan/ ta.qui fil.sint legi.ita in specte tenet Bal.in.c.innotuit.in iij.col.de electio.z credo q non habeas alibi istam deci/ 5 sionem. ¶†Breuiter tene q filij legitimati pteriti a pa tre in testamẽto habẽt ius dicendi nullũ de iure ciuili et ius contratabulandi de iure pretorio. Itẽ habent quere/

lam inofficiosi testamenti si fuerint sine causa exheredati fm Bal.in.l.cum in adoptiuis.in.ij.col.C.de adop.idẽ Bal.in addi.Spe.in titu.de succes.ab intesta.in ver.si.sed an legitimato debeaf legitima.z in consi.ccccxlj.iij.par/ tis incip.proponitur q quidã antoniolus.Bal.z Ang. in.l.certum.in prin.per illum tex.de iniust.rup.Ludo.ro ma.in cõsil.xxxiiij.incip.naturalis filius.z not.Pau.de d ca.in consi.ccxxi.ᵈ incip.super puncto isto plura subtili/ ter.vbi istud singulariter ampliat pcedere non solũ in le/ gitimato sed etiã in dispensato lʒ dicat istud ponere non determinando,sed pungendo.de quo.i.dicã z tenebo con trarium.idem qd.s.tenet Jaco.de bel.in.§.z qm̃.ad fi.in auf.quibus mo.na.effi.sui.col.vij.in disputatiõe sua quã ibi ponit q incipit pater habẽs filiũ spuriũ.Salic.in auf. Itẽ si quis prima.C.de natu.lib.d.Anto.de but.in.c.per venerabilem.qui fil.sint legi.circa pe.char.in.xxxij.colũ. ad fi.z seq.Ange.in consi.lxxv.incip.per reformationem et melius in cõsi.seq.idẽ tenet Pe.de anch.in cõsi.ccxcij. incip.in successione ab intestato.idem tenet d.Abb.in consil.lxxxvij.j.volu.inci.in questione que vertitur inter e iulianũ.in.ij.col.ad fi.z seq.Pau.de cast.in consi.cexxix. inci.sup puncto ᵉ isto plures subtilitates.z in cõsi.cexxij. incip.super eo qd primo querif quis succedat dicto An/ tonio.do.Mart.laud.in.d.q.sua que incip.augerius.in ij.col.ad fi.idem tenet.d.Alexã.hic remissiue procedens. vbi dicit q ista est magis cõmunis ↄclusio.ita etiã tenet f do.Alex.remissiue procedens in consi.cxxxix.j.partis.in cip.elegãter fuit consultum.vbi etiam dicit q ista est cõ/ munis conclusio.z idẽ d.Alex in cõsi.vltimo.v.volu.in 6 cip.perlectis vbis legitimationis.circa fi. ¶† Pro ista cõmuni opi.bene facit:qr arrogatus qui solum est filius legitimus rumpit testamentũ in quo reperif preteritus: vt.l.filio quẽ pater.in fi.z.l.filius a patre.§.i.ff.e.z in.l.nõ putauit.§.si qs emãcipatus.ff.de contratab. q̃to fortius legitimatus qui habet ↄcursum vinculi naturalis debet rumpere.l.cum in adoptiuis.C.de adop.z.d.l.filio quem 7 pater. ¶†Cõfirmo vltra scribẽtes:qr validũ est argumẽ tum de arrogatione ad legitimationẽ.vt est glo.in.l.i.ad fi.in ver.parentibus.ff.ad municip. Itẽ legitimatio est si milis arrogationi.l.iubemus.C.de natu.lib.fm Bal.in l.i.in vlti.colũ.C.de iure aure.annul.imo plus est esse le/ gitimatum q̃ arrogatũ:qr legitimatus habet naturalia primordia que nõ habet arrogatus fm Bal.in.l.si te pa 8 rens.C.de suis z leg.z formabilior † est legitimatio q̃ ar/ rogatio fm Bal.in.l.neq absens circa fi.s.de adop. Se/ cundo ad idẽ facit:qr posthumus fictus si est preteritus rumpit testm̃:vt est si testator cõdito testamẽto ingrediaf monasteriũ:monasteriũ habef loco filij z rumpit testm̃ si sit preteritũ.auf.si qua mulier.vbi Cy.Bal.z alij.C.de sa crosa.eccle.c.in presentia.de pba.xix.q.fi.in.c.si qua mu/ lier.ergo fortius legitimatus preteritus debet rumpere 9 testm̃. ¶†Ego pro ista cõi vltra scribentes moueor viuo et optimo fundamento.nã legitimati in nullo differunt a vere legitimis.tex.est in.§.fit igif.in v.nihil a legitimis filijs differentes.z in.§.relig.in auf.q.mo.na.effi.leg.col. vi.z in.§.si qs igif filios legitimos nõ habẽs.in auf.qub. mod.natu.effi.sui colla.vij.p q iura cõsuluit not.Ang.in cõsi.lxx.incip.arbiter z arbitrator.quod laudũ arbitra/ toris disponẽs quod titius toto tempore vite sue det cẽ/ tum caio z filijs suis legitimis z naturalibus. Cõtingit titium habere solũ filios legitimatos per comitem pala/ tinum:z consuluit quod titius teneatur illis legitimatis dare cẽtum florenos:quia in nullo differunt a filijs legi/ timis:vt in iuribus preallegatis:ergo cum in nullo dif ferant:et exequatio sit facta per omnia:ergo illud quod disponitur in filijs vere legitimis:habet locum in legiti/ matis virtute omnimode exequationis.l.i.z ibi Bartol. 10 de lega.j.z.l.i.C.cõmunia de lega.†ego fortius stringo: quia legitimati sunt sui et habẽt existentiam suitatis: vt est tex.in.§.i.in verbo suorum iura nanscisciũtur.instit.de heredi.que ab intesta.z patet ex rubrica in auf.quibus modis natu.effi.sui col.vij.z bal.l.i.l.ea quam.in.i.col.in fi. g C.de fideicom.licet Bal.ibi nihil alleget:sed suus prete/ ritus proculdubio rũpit testamentũ.l.gallus.§.in omni bus.z.l.inter cetera.ff.eo.z instit.de exhereda. libe.in pñ. 11 ergo etiam legitimatus. ¶† Confirmatur qr legitima/ g to debetur legitima ᵍ in bonis patris:sicut filio vere legi timo fm Bal.in.c.de causis.in pe.col.de offi.dele ga.z in additio.Spe.in tit.de succes.ab intesta.circa fi.do.Bñd. de plumb.in disputatione sua que inci.statuto pisano.in

tra.legitiã. i.§.hoc loco vidẽdũ est.i xi.qd.vij.q. pn.z.d.fr.d sancto saul. i repet.auf. nouissima. C.de inoffi. test.char.ij. col.iij.et.d. Alex.i ↄsil. cxxix.inci. elegãter fuit cõsultũ p su prascriptos eximios.i.i. vol.z ibi al/ legat⁹ Pau. de cas.in.d. ↄsi.ccxix.q mõ ẽ nũm. 30.Cur.i cõ sil.xiv.colũ. iij.v.sus fi.

f ¶Plus est. Adde qd ĩõ nõ procedit argu.de le/ gitimato ad adoptiuũ.z ita Bal.i.d. l.si te.quẽ re fert z sequif d.Alex.i cõ si.ij.icip.vi/ so codicillis legitimatis et.alijs.col. vij.v.sic nec obstat scõm argumentũ in.j.volu.et repetitum i ij.volu.cõsi. xcvij.z qd ñ valeat argu mentũ de le gitiato ad ad optiuum tenet etiam Soci.in ↄs. cexcvj.col. iij.circa fi. z col.seq.et ibi vr tenef Soc.q imo filius ado/ ptiu⁹ nõ rũ pat testm̃.

g ¶Legitiã: z quod legi timato dbe/ tur legitiã. Adõ quod h pbat ter. in.§.illud.i auf.quibus modis nat

secudo et tertio dubio. ¶ Confirmant predicta ex eo qd no.dicit Bal.in.l.manumissiones.in.ij.oppo.p tex.⁊ gl. ibi.s.de iusti.⁊ iure.vbi dicit: q null⁹ est adeo spuri⁹ qn in eo insit legitimitas naturalis: ⁊ qn legitimat: est legiti mus non factus.i.non de nouo factus sed detectus: ⁊ sic imperator legitimando remouet solu nubeculā que dice batur spurietas: stat ergo ex predictis vera ⁊ cois conclu sio: q legitimati qui in nullo differunt a vere legitimis [a] et sunt sui: ⁊ eis debetur legitima in bonis patris vt pre dixi ⁊ parentibus suis ab intestato simul cū filiis vere le gitimis,⁊ naturalibus succedunt.l.si te parēs.⁊ ibi Bal. ad hoc not.C.de suis ⁊ legi.si sunt preteriti in testamento patris: habent ius dicendi nullū de iure ciuili: et ius con tratabulandi de iure pretorio. Itē habent querelā si sint

12 iniuste exheredati sicut vere filij. ¶ † Limita predictā cō munē cōclusionē duobus not.modis. Primo vt pcedat qn est legitimatus viuo patre: si vero legitimet eo mor tuo: tunc preteritus non rumpit testm̄: qr nō pōt cogno sci nec fieri suus patre iam mortuo.l.si titi⁹.§.de suis ⁊ le giti.⁊.l.si quis filio exheredato in pn.§.de iniu.rup.ideo cū nō habeat existentiā sui heredis: ideo preteritus non rumpit tunc testm̄.ita signanter tenet Bal.in.c.innotuit in vlti.col.in princi.de elec.refert simpliciter ⁊ dicit q est pulchrū verbū do. Mar.laud.in trac.de princi.in rubri. de priuile.in cōclusione.liij.idē do. Mar.laud.in sua di spu.incip.augerius.in.ij.col.ad fi.nullam de Bal.faciēs mentionē.idem videt tenere: sed alia ratione: qr legitima tio facta post mortē patris non trahit retro: nec retro fle ctit oculos.vt not.Bart.⁊ alij in.l.gallus.§.quidā recte §.eo.relinquit tn̄ super hoc cogitandū: sed tu teneas hāc limitationē per fundamentū precedēs quod est melius. ¶ Scdo no.limita cōmunē cōclusionē pcedere in legiti matiōe simpliciter facta ⁊ sic ppria: secus si esset facta cū

13 aliqua modificatione. † Nā dicit.d.Alex.hic: q vidit ple rasq legitimationes in quibus filij spurij legitimantur ad succedendū solū ex voluntate patris: vel qd nō succe dant nisi in certa portione.allegat ad hoc solū not.p do. Anto.de bu.in.d.c.p venerabilē.⁊ plus non dicit. Adde q talis legitimatio facta sub tali forma: q legitimat⁹ nō succedat nisi in ea portione quā pater sibi assignauerit valet ⁊ tenet.tex.est in.c.j.de fil.nat.ex ma.ad morga.con tracto.⁊ tex.in.c.filij nati.si de feu.fue.contro.inter do.et agna.dixi plene post Pau.de ca.⁊ do. Alex.in.l.pactū. C.de colla.et ista nō est vera ⁊ ppria legitimatio ⁊ sic re

14 integratio status: sed est quedā dispēsatio. † Cū nō sit le gitimatus simpliciter quo ad oīa.l.cū ex oratione.de ex cu.tu.⁊.c.cū inhibitio.de clāde.despō.impu.⁊ talis dispē satio dr̄ odiosa.c.i.⁊ fi.de fil.presby.in.vj.vn̄ talis sic di spēsatus [b] nō succedit cōtra voluntatē patris: vn̄ si sit pre teritus vel exheredatus in testō patris: nō rumpit testm̄ nec habet querelā: quicqd Pau.de ca.tentauerit subdu bio tn̄ forte ⁊ nō bene in pcalleg.cōsi.ccxxj.incip.sup pū cto isto plura subtiliter: considerata tn̄ forma d.spēsatio nis qualis esse. Predictis addo qd not.decidit Jo.an. in addi.Spec.intit.de succes.ab intest.§.i.in versi.sed ex facto.vbi dicit q vidit in plerisq literis legitimationum emanantibus a sede apostolica apponi talē clausulā: ita tn̄ q si cōtingat patrē tuū ex vxore habere plē legitimā nō coequeris eidē: sz cōgruā de bonis ipsius ab illo pos sis recipere portionē: et isto casu dicit eē diligēter aduer tendū q p talē formā nō pudet filio legitimato in cā in testati existētibus filijs legitimis.vn̄ fm eū diligens esse debet talis legitimatus q pater viuēs ordinet vel i sani tate testet: taliter qd nō decedat intestatus: al's ab intesta

15 to excluderet. ¶ † Ego al's cōsului vltra mōtes in nouo ⁊ ancipiti casu in legitimatione christianissimi regis frā corum de filia spuria.d.Claudij de monte acuto baronis et militis: q erat maritata splēdido dno vgoni rabutino in qua legitimatione aderat cl'a q pdicta filia legitima ta posset venire ad successionē patris ex testō vel ab inte stato: dūmodo de eius pcesserit volūtate: mortu⁹ est pa ter: nullo cōdito testō: nec alia vltima volūtate: nec aliter expresse declarauit volūtatē suā: qd vellet dictā filiā legi timatā esse sibi heredē vniuersalē ab intestato: vn̄ proxi miores agnati pretendebant se debere admitti: cum pa ter nihil declarauerit de voluntate sua: nec posset talis fi lia aliter ab intestato succedere.l.centesimis.§.fi.§.de ver.

16 obli.⁊.l.si ita legatum.§.alli si volet.§.de leg.i. † et volūtas patris per eius mortē fuit extincta.l.iij.ff.loca.⁊.c.si gra tiose.de rescrip.in.vj. Et pro ista parte videbatur multū

effi.sui.⁊ ponit Jaco.de bel.i.§.si qs aut.eo.titu. et Ang.i.§. fi.refert.⁊ sequit.d.fab. de sancto sa uino i repe. aut.nouissi ma.C.de in of.tes.char. ij.col.iiij.v. iiij.querit.t per frā.cur. in cōsil.xiij. col.iiij.ver. legitimato debetur.

a ¶ Vere legitimis.adde q lz nō differat a vere legitimis: tn̄ nō dr vere legitimus glo.est in.c. innotuit.de elec.quē refert ⁊ sequit alex.d.imo. in cōsi.ij.incip.viso co dicillis legi timatione ⁊ alijs.col.ij. vsic.x.pbat in.i.volu.re petito in cō sil.xcvij.i.ij. vol.s.i alia apostilla al legatis.⁊ q legitimatus dicat vere le gitimus.vi de late per Ant.rosel. in trac.legi.

stringere decisio Jo.and.superius statim allegata. Ego late consului 3rium per supradicta: qr illa clausula dum modo de eius pcesserit voluntate: importat q talis filia legitimata nullo mō nec vlla via possit succedere patri ex testō vel ab intestato 3 ipsius voluntatē: sed bene ex pa tris voluntate etiam tacita.iuxta.l.si qs cū testm̄ nullū.in pn.⁊.l.cōficiunt.in pn.§.de iure codic.vn̄ talis filia legiti mata si fuisset preterita in testō patris aut exheredata aut in testō fuisset ei relictū minus legitima sua: tunc non ha buisset ius dicendi nullū de iure ciuili: nec ius cōtratabu landi de iure pretorio: nec ius agendi ad supplementum nec habuisset querelam inofficiosi testamēti: nec etiā ha buisset ab intestato querelā inofficiose dona.ad reuocan dum donata vel alienata p ipsum patrē: iuxta titulum.C. de inoffi.do.qr oīa ista remedia tā ex testō q̄ ab intestato

17 dantur 3 voluntatē patris. † ergo p dictā clām appositā in legitimatione intelligit exclusa: sicut in simili: adopta tus ab extraneo pōt ei succedere ex testō vel ab intestato fm voluntatē patris adoptantis: sed non 3 eius volun tatē.l.cū in adoptiuis.§.sz ne articulū.C.de adop.⁊.§.sed hodie.insti.eod.vn̄ ista filia legitimata q vt superius dixi nanciscit iura suorum dz ab intestato succedere patri vt sua.ergo in hoc dr habere voluntatē pr̄is tacitā.d.l.si qs cū testm̄ nullū.⁊.d.l.cōficiunt.in pn.gl.fin.in.l.nō iustā.⁊ ibi Bal.in.iij.op.C.ad treb.glo.⁊ Bar.in.l.i.§.vel maxi me.§.de colla.bo.glo.⁊ Bar.in.l.ex duob⁹.§.i.de vulg.⁊

18 pup.⁊ † talis volūtas patris tacita dr esse pmissiua sz nō formalis nec dispositiua fm Bal.i.l.si emācipati.i.vij. op.C.de colla. Et aduerte diligēter q cū talis voluntas patris nō addat substātie act⁹ ⁊ sic legitimationi: sz exe cutioni ipsius legitimationis: cere moriendo dr velle.l. vxorē.§.seuola.⁊ ibi Bar.de leg.iij.⁊ in terminis Bar. in.d.l.cētesimis.§.fi.in.i.col.ad fi.⁊ ibi Ange.⁊ Mod.cū cōcor.quas ibi dedi: tn̄ posses dicere q ista nō est pprie legitimata sed solū dispēsata: ergo in ea vr̄ cessare suitas: vt statim dixi.passus est valde difficilis. Nota ista qr quo tidiana sunt in practica: nec ab aliquo habes sic discussa nec ita ordinata. Et ex predictis reddit dubiū illud quod tenet Bal.circa.l.si vnq̄.C.de reuo.dona.in locis allega tis.§.lz nō reperiā ab aliquo in specie reprobatū. ¶ Se

19 ptima spēs posthumi est † qn testator post conditū testm̄ igredit monasteriū.nā tale monasteriū habet loco post humi: ⁊ si reperiat pteritū rūpit testm̄: vt.§.dixi per aut. si qua mulier.vbi Cy.⁊ Bal.vbi dixi.C.de sac.sanc.ec.et istū appellat posthumū Bal.i.l.fili⁹a pr̄e.§.i.⁊ ibi Jmo. §.eo.idē Jmol.in.l.i.de testa.Cano.in.c.in pñtia.de pba.

20 ¶ † Et aduerte i pdictis q indefinita appellatio posthu mi nō cōprehendit nisi illū qui nascit ex legitimo matri [b] monio: nō autē naturalē: siue testator esset vxoratus siue non.ita not.Bal.in.l.placet.§.co.p illū text.ad fi.in verb. ex quacūq vxore.⁊ ibi.d.Alex.refert ⁊ reputat no.dignū ⁊ dicit q nō reperit ab alio tactū intelligēdo vt ibi p eum ⁊ ibidē dicet. ¶ Capio gl.rub.quam diuide in tres par tes. In prima cōtinuat rubri. In scda remouet tacitū cō trariū. In tertia p viā no.respondet tacito quesito.secun da est ibi: sed.§.de hered.instit.tertia ⁊ vltima est ibi.⁊ not. qd dicit preteritis. ¶ In prima parte glo.potes melius cōtinuare ex mēte tex.insti.de exhere.libe.in pnc.⁊ ibi gl. sed tu plenius ⁊ fundamētalius sic continua.§.visum est de testamētis ⁊ sic de solēnitatibus q in eis requiruntur q sunt introducte fauore publico vt falsitas euitet.l.fi.C.de fideicō.prout est solēnitas numeri septē testium: ⁊ de sub scriptionib⁹ ⁊ sigillis: ⁊ qd fiat vno cōtextu de quib⁹ no.

21 per glo.in.l.si queramus.§.de testa. † ⁊ cū sint introducte fauore publico eis renuntiari nō posset.l.nō dubiū.C.de legi.⁊.l.nemo pōt.§.de leg.j.⁊.l.ius publicū.ff.de pac.ve rum qr p forma ⁊ solēnitate testamēti requirit quod libe ri tam nati q̄ posthumi debeant institui vel nominatim exheredari: al's si sint preteriti: testamentum est nullum: vel eorum natiuitate rumpitur si sunt posthumi.l.gallus §.in omnibus.⁊.l.inter cetera.§.cod.⁊ ista solennitas est introducta fauore priuato ipsorum filiorum vel descen dentium: ideo potest ei renuntiari: non solum ex postfa cto.l.filio preterito.§.tit.j.et.l.si impubes.§.fina.§.de car bo.edicto. Si etiam a principio filius consentiat patri te stanti quod eū non instituat neq exheredet sed pretereat fm gloss.nota.in.l.si quando.§.⁊ generaliter.C.de inoffi. testamen. In quo tamen vide quod ibi tenet Bart.⁊ qd ibi plenius dixi.⁊ mouetur illa glo.per tex.in.l.nō puta uit.§.si qs sua manu.§.de cōtratab.ideo cōgrueti ordine post titulum

timationum. i.ij.li.§.cām vltimā libel li huius.i.i. ⁊.ij.col.⁊ ali qd p Soci.i cōsil.ccxlvi. col.fi.in ver. iij.cōfirmat ⁊ i cōsi.cxxx vi.col.ij.vsi. sed ad hanc obiectionē. ⁊ vid latissi me p Alex. de imo.i sua dispu.icipi. sigismōdus romanorū.i iiij.dub.co. v.circa me.⁊ colum.seq.⁊ Frā.cur.in cōsi.xvj.col. fi.i addi.in ci.i illo pas su.⁊ in cōsil. xxxv.col.ij. ver.3firmā tur pdicta.

b ¶ Dispēsatus.adde et vide Soci.i suo 3si.ccxl vj.in prin.

post titulum precedentē subijcitur presens rubrica. ⁊ ista est fundamētalis ꝯtinuatio. ¶ Predictā differentiā ꝙ solēnitati testamentorū introducte fauore publico nō possit renūtiari sed bene solēnitati huius tituli introducte fauore filiorū. tenet clare Bar. quē videas in. l. j. §. sed si filius. de leg. iij. Pau. de ca. lꝫ. Bart. nō alleget in. l. j. ⁊ in. l. inter cetera. j. eo. Are. hic. ¶ Sed idem Are. subtiliter alibi reprobat istā differentiā in. l. nemo pōt. in. vj. col. j. de lega. j. presertim retorquēdo contra bar. in. d. l. filio preterito.
22 in qua barto. ⁊ oēs se fundāt. † vbi si filius preteritus approbat testamētuꝫ patris: dicit ibi tex. ꝙ tn̄ non reconualescit testamentum de iure ciuili sed solū de equitate pretoria: ergo si filius preteritus posset renūtiare solēnitati huius tituli: eo qꝛ sit introducta fauore priuato ipsius filij: certe testm̄ deberet reconualescere etiā de iure ciuili: qđ tamē negat ille tex. ſꝫ potes dicere ꝙ filius potest approbare testamentū in quo est preteritus: ⁊ nō reconualescit v gore iuris ciuilis: eo quia fuit ab initio nullū: tn̄ reconualescit de iure pretorio ex illa equitate qꝛ filius pōt renuntiare solēnitati introducte eius priuato fauore. ⁊ dicā plenius de hoc in
23 d. l. inter cetera. j. eo. ¶ † In ca. glo. ad fi. ex ista gl. no. bal. Ang. ⁊ Christo. de castel. ⁊ Aret. hic: ꝙ gerundiū importat necessitatē iuxta glo. in rub. ff. de edē. sed errant: qꝛ nec glos. nec rub. ista loquunt̃ de gerundio sed de participio futuri tp̄is verbi passiui qđ nō semp̄ necessitatē importāt: vt ptꝫ in rub. de here. insti. ſꝫ in gl. hic. in. ij. parte. ⁊ in rub. C. de neces. ser. here. instit. de gerūdio aūt ponunt doc. in rub. C. de eden. vbi dixi. vnde ex ista gl. posset congruentius notari: ꝙ participium futuri tp̄is instruit' in futuruꝫ
24 quid agendū: secus in participio preteriti tēporis. ¶ † Sed ad
a uerte[a] qđ in. C. est rubri. C. de libe. pret. vel exhere. ⁊ sic imperator loquutus fuit de exheredatione liberorū p̄ participiū p̄teriti tēporis: sicut ⁊ de preteritione: ergo differentia quā facit gl. ex ista rub. inter preteritionē ⁊ exheredationē confundit̃ per. d. rub. C. ad hoc respōdet subtilis Pet. de bellaperti. ꝙ ideo ibi imperator fuit vsus participio p̄teriti tp̄is exheredatis: ⁊ nō dixit exhe
25 redandis. † eo qꝛ in illo titulo imperator tractat de exheredatione inualida ⁊ inepta: que habetur pro preteritiōe. l. nō putauit. §. nō q̄uis. j. de cōtrata. ideo sicut preteritio liberorū nō est faciēda: ita nec exheredatio inepta ⁊ inualida nimirū si ibi in vtroqꝫ vsus est participio p̄teriti tp̄is. ista sol. nō est bona: qꝛ imo leges illius titu. vt plurimū tractant de exheredatione apta et valida. vn̄ tu respōde ꝙ imperator in dicto titulo tractat in oībus legi. excepta. l. fi. q̄ inci. maximū vitiū. de exheredatione iam facta ab ipso testatore: ideo vtit̃ bene participio preteriti tp̄is exheredatis: sed iuriscō. in isto titulo intēdit tractare de exheredatione faciēda: ⁊ sic prout est necessaria fieri pro forma ⁊ validitate ipsius testamēti: ideo vsus fuit participio futuri tp̄is exheredādis: qđ
26 de sui natura īstruit qd in futurū faciendū sit: † tn̄ ista sunt positiui iuris: in quibus cōcludēs rō assignari nō pōt. iuxta gl. in. l. j. §. pueritiā. s̄. de postu. ptꝫ qꝛ aliter posita in rub. institutionib' per nomē verbale de exheredatione liberorū: ⁊ sic habes bene expeditam vt puto ⁊ rubricā: ⁊ gl. rubrice.

1 ☞ Que requirūtur ad hoc vt exheredatio valeat.
2 Quando dicātur liberi nominatim exheredati.
3 Obscura citatio p̄sone ratione equiuocationis in noīe: non artat citatum ad comparendum.
4 Exheredatio pōt esse certa: ⁊ tn̄ nō nominatiꝫ facta: si testator cū vniuersali oēs dicat oēs liberos meos exheredo.
5 An si statutū requirit ꝙ notarius apponat in instrumēto nomē cōtrahētis: patris ⁊ aui vel quod teneatur apponere nomē proprium prenomē ⁊ cognomen contrahentis: ⁊ notarius solū apponat nomē propriū qđ esset singulare ⁊ de se notum: an p̄ hoc vitietur instrumentuꝫ.
6 Ex quo habemus certitudinē personarum non curamus de mō.
7 Lex nō curat de frustratorijs ⁊ superfluis demonstrationibus.
8 Statutū non dicit̃ aliquid requirere pro forma: qn̄ vlterius non procedit annullando.
9 In statutis requirētibus expressionē noīs p̄prij ⁊ cognominis an hoc requiratur pro forma.
10 Non refert an lex vel statutum procedat vltra annullando.
11 Statutū si simpliciter dicat ꝙ accusans vel denuntians det fideiussores q̄uis vltra p̄cedat annullando si fuerit ꝯtrafactū: tn̄ valebit accusatio non prestita fideiussiōe.
12 Quod requiritur ad demonstrationem persone nunq̄ dicitur requiri pro forma nec pro solennitate.
13 In criminalibus pro forma ⁊ solennitate libelli accusatorij requiritur ꝙ in accusatione inseratur locus certus saltem per duo cōfinita vbi est commissum delictum.
14 Quādo aliquid requiritur pro forma: quod est quādo lex loquit̃ prohibitiue: nō potest impleri per equipollens: nisi ex causa necessitatis.
15 Statutum requirens pro forma citationeꝫ alicuius: verificatur in equipollenti si ille fuerit presens in iudicio ⁊ non citatus.
16 Mandatum dꝫ impleri in specifica forma: ⁊ tamen pōt impleri per equipollens.
17 Lex requirit pro forma quod testator p̄prio ore corā testibus exprimat nomē heredum: ⁊ tn̄ sufficit per equipollēs. s. ꝙ notarius nuncupet nomen heredis.
18 Ubi lex vel statutū requirit aliquid pro forma est adimplendum in specifica forma vsqꝫ ad vnguem: ⁊ non potest adimpleri per equipollens.
19 Ubi in testamēto requirit̃ subscriptio pro forma: non pōt adimpleri per equipollens.
20 Ubi in actu requirit̃ autoritas dꝫ prestari sicut verbum sonat.
21 Si tutor nō promittat formalibus verbis defensionē pupilli suscipere: vitiatur tutela lꝫ promiserit per equipollentia.
22 Forma statuti debet ad vnguem obseruari.
23 Si statutum requirit ꝙ dies apponat̃ in instrumēto: si apponit̃ equipollēs puta die. iij. mensis nō vꝫ instrumentum.
24 Ubi lex vel statutum requirit tres citationes pro forma: nō pōt fieri vna pro omnibus.
25 Qn̄ duo testes requirunt̃ pro forma statuti in aliquo actu: ibi nō pōt deferri iuramentū in supplementū probationis.
26 Licet scholaris sit notorie peritus pro adhibēda tn̄ licentia doctoratus dꝫ examinari in collegio doctorum.
27 Licet doctor tp̄e doctoratus nō faciat cōuiuium qđ debebat facere ex forma statuti: p̄ hoc nō detrahit̃ sue dignitati doctoratus.
28 Quid sit cognomen.
29 Qn̄ plura requirunt̃ in vno actu: tunc vno omisso vitiat̃ actus.



Quid sit nominatim.

Premitte qđ ad hoc vt exheredatio valeat quinqꝫ requiruntur que enumerat glo. not. quā Bar. ibi dicit esse signandā. in. l. iij. §. ante heredis. j. eo. inter cetera requiritur quod fiat nominatim: qđ quando fit declaratur in hac. l. ⁊ in. l. seq. ⁊ in. l. titius. in prin. j. eo. si autē fieret inter ceteros non valeret: ⁊ quādo dicatur fieri inter ceteros habes per gl. ⁊ doc. in. d. l. titius. in prin. vbi dicetur: ⁊ melior gl. insti. de exhereda. libe. in prin. in verbo inter ceteros. ⁊ in glos. in
1 verb. nominatim. ⁊ statim aliquid. j. subijciā. † Amplia istū text. ⁊ similes qui volunt: quod exheredatio debeat nominatim fieri vt procedat etiam in exheredatione larga ⁊ impropria. vnde statutum nunq̄ intelligitur priuare a successione nisi quem nominatim priuet: qꝛ excludere aliquē ab hereditate legitima est exheredare. vt no. in. l. qui volebat. j. de here. insti. exheredatio autē non valet nisi nominatim fiat vt hoc tex. ita determinat Bald. in. l. si
b defunctus. in. j. col. C. de suis ⁊ legi. idē Bal. in. l. illam. in. j. colū. C. de colla. ¶ No. primo ex ista. l. ⁊ l. seq. vsqꝫ ad. §. pure quando
b liberi dicantur nominatim[b] exheredari. Adde tex. in. §. j. institu.
2 de exhere. libe. † Et quod dicit tex. in. l. nominatim. j. de condi. et demon. ⁊ in. l. nominatim. j. ⁊. ij. j. de manu. testa. ista iura p̄cedūt in filijs iam natis. Qualiter autē posthumi possint nominatim exheredari qui anteqꝫ nascant̃ non habent proprium nomen nec prenomen nec cognomen. habes in. l. placet. vbi glo. ⁊ doc. j. eo. ⁊ not. Bal. in. l. titius. in princip. j. eo. quando autem dicatur excōmunicatio nominatim facta: est gl. in. c. constitutionem. in ver. nominatim. de sentē. excō. in. vj. ⁊ glo. in. c. cum ⁊ plantare. in ver. nominatim. de priuileg. ⁊ quod vult glo. in. c. qui contra certam. in verb. nominatim. de elec. in. vj. ⁊ quando citatio dicatur nominatim facta: declarat Bal. in. l. si quādo. in penul. q. C. de testa. Nā
3 † obscura citatio persone ratione equiuocationis in nomine: non arctat citatum ad comparendū. vt est glo. nōt. in. l. cum quem temere. in p̄n. s̄. de iudi. de qua glo. vide late Are. in. l. ij. in vlti. col. post Ang. ⁊ Imo. ibi. j. eo. ⁊ illā gl. sequitur simpliciter Bal. hic. ¶ Secundo no. ex isto tex. tria vocabula inuenta ad demonstrādas personas. s. nomē proprium prenomen ⁊ cognomen ⁊ quartum scilꝫ agnomen. vt. l. si in nomine. C. de testa. ⁊ ibi glos. melius declarat q̄ꝫ hic in quo differant. ⁊ glos. in. §. si quis in nomine. institu. de lega. tamen licet plura sint adinuenta ad demonstrandū personam: si per vnum eorum potest congrue demōstrari: illud sufficit vt hic. ratio: qꝛ rei satis demōstrate frustra est aliūd adijcere. dicit tex. vulgatus in. l. j. in fi. s̄. de do. prelег. ⁊ in. l. cum seruo. §. j. s̄. de contrahē. emptio. ⁊ in. l. prima in fi. s̄. de actio. emp.
4 sed aduerte † quod exheredatio potest esse certa ⁊ tamen nō erit nominatim facta: si testator dicat omnes liberos meos exheredo. cum signo vniuersali omnes: certum est quod neminem excludit l. iulianus. de lega. iij. ⁊. c. si romanorum. xix. distin. ⁊ tamen non dicitur nominatim facta sed inter ceteros: vt est glos. approbata in. l. titius. in prin. vbi Bar. ⁊ docto. j. eo. qꝛ exheredatio nominatim facta solum includit existentes in primo gradu: ſꝫ quādo dicit exheredo oēs liberos: includit oēs alios gradus descendentium: ⁊ sic etiam nepotes ⁊ vlteriores: ideo tunc dr̄ inter ceteros

a ¶ Aduerte adđ ꝙ ista indagatio nō vr̄ necessaria: qꝛ lꝫ hic iuriscōsult' fuerit vsus v. futuri tēporis passiui instituendis ⁊ iperator in. C. fuerit vsus v̄b. p̄sentis tp̄is passiui exheredatis: tn̄ idē est quia p̄ticipiū v̄bi passiui futuri tp̄is aliqn̄ resoluit̃ i participiū v̄bi p̄teriti tp̄is vt p̄batur in. l. si cōdicat̃. s̄. de cōdi. furt. in v̄bo p̄dēde. qđ exponit̃ pro perdite ⁊ ita ecōtra vt in. l. si vēditor. §. si qd s̄. eo. de fui. expor. vbi irrogataꝫ exponit̃. i. irrogandā. ⁊ sic exponendo vtraqꝫ rub. erit vno mō posita.

b ¶ Noiatim. Adđ qn̄ qs dicat̃ noiati exheredari. Frāc. cur. in consi. xlviij. col. xiij. i fi. ⁊ colū. seq. ⁊ ibi qn̄ qd dicat̃ noiatim fieri ⁊ ā ⁊ qn̄ fit v̄bis ḡnalibus. ⁊ i cōsi. xlviij. col. xvi. ⁊ gemi. post Io. an. i. c. q ad agēdū. §. j. de p̄cura. lib. vj. ⁊ adde qđ illud dr̄ exp̄ssum in. l. vel statuto ex p̄prietate sermōis qđ cōtinet̃ sub v̄bis ḡnalib' glo. est: ⁊ ibi Bal. i. l. gallus. §. nunc de. l. j. eo. tit. ⁊ ibi mod.

facta nihil valet: vt ibi dicet. ponit etiã Bar. in. l. si quis in prin-
cipio testamẽti. in. iiij. col. j. de leg. iij. ¶ Tertio no. ex isto tex. fm
Bar. sufficere in instr̃o apponi solum nomẽ proprium: ꝛ non est
necesse apponi prenomen vel cognomen ꝛ sic familiam. qd̃ intel-
ligit Bar. post glo. si. hoc esse verũ: qñ esset tale nomẽ ꝓpriũ: de
quo dubitari nõ posset: vt in gallopresso qui fuit bidellus Azo-
nis fm glo. in. l. hac cõsul. in glos. iij. C. qui testa. fac. pos. al's secus
esset. l. duo sunt titij. ss. de testa. tutel. fm Bar. hic: ꝛ in. l. libellorũ.
in vlti. col. vbi etiam dicit gl. de gallopresso. j. de accusa. ꝛ in. l. de-
5 monstratio falsa. in prin. in. vij. q. j. de cõdi. ꝛ demon. † Quid aũt
si statutum disponit q notarij in instrumẽtis debeant apponere
nomen contrahentis: ꝛ patris: ꝛ aui: vel qd̃ teneantur apponere
nomen ꝓprium: prenomẽ ꝛ cognomen contrahẽtis: ꝛ notarius
solum apponeret nomẽ ꝓprium qd̃ esset singulare ꝛ de se notum
vt gallopressi omisso noĩe patris ꝛ aui: an per hoc vitietur istru-
mentum: distinguit no. Bal. quod si statutũ ita simpliciter dispo
nit ꝛ nõ procedit vlterius expresse annullando instrumentũ ali-
ter factũ: ꝛ tũc tale instr̃m valeat: qꝛ tũc statutũ videt cã demon-
strationis istud requirere ꝛ non pro forma: ergo nomen elegans
et singulare debet de per se sufficere sine prenomine ꝛ cognomi-
6 ne: † qꝛ ex quo habemus certitudinẽ ꝑsone nõ curamus de modo
vt hoc tex. cũ cõcordã. ꝑalle. ꝛ ad hoc bene facit gl. in. d. l. hac con
sultissi. Item rei satis demõstrate supfluum est aliã demõstratio
nem adijcere. vt. s. dixi. Cũ talia noĩa inferant ad recognoscẽduz
personã. l. ad recognoscendã. C. de inge. ꝛ manu. Itẽ expressio ta
lis noĩs singularis facit rem transire in notoriũ: sed notoriũ alia
demonstratione non indiget. l. emptorẽ. in prin. ss. de actio. emp.
7 et. l. si adulteriũ cuz incestu. §. idem pollioni. j. de adult. † Itẽ nec
lex nec ratio legis curant de frustratorijs superfluis demonstra-
tionibus. l. verba. C. de dona. ꝛ. l. fi. C. qui admit. Si autem statu-
tum requireret talem expressionem pro forma: qꝛ expresse annul
laret instrumẽtũ aliter factũ: ꝛ tunc qꝛ esset de forma ꝛ nõ de me-
ra demõstratione: eius omissio bene irritaret instr̃m: qꝛ nõ possu
mus recedere a forma statuti. l. cum hi. §. si pretor. ss. de transa. h
allegata ĩ gl. ꝛ. l. cõstitutionibus. j. ad municip. itẽ forma est que
8 dat esse instr̃o. l. iulianus. §. sed ꝛ si qs. ss. ad exhi. † itẽ nihil de for
ma aut de substantialibus est omittendũ. l. diuus. ss. de in integ. re
a sti. ꝛ pro ista[a] sua doctrina bal. allegat bonam gl. in. l. ad testium.
§. conditionẽ. in gl. mag. ad fi. ss. de testa. vbi gl. constituit differẽ
tiam: an aliquid requirat pro solẽnitate an vero vt veritas inqui
ratur. ꝛ sic vult no. bal. q statutum nõ dicatur requirere pro for
ma expressionẽ nominis prenominis ꝛ cognominis: nisi quando
vlterius procedit annullãdo actum si aliter fiat. cũ ista doctrina
Bal. tenẽt. Imo. Raph. cu. Pau. de ca. d. Alex. ꝛ Are. hic: ꝛ di
cit Aret. q ista distinctio Bal. est de iure verior ꝛ cõior. eã etiã te
net. d. Alex. in. d. l. hac consul. in. ij. col. ¶ Contrariũ videt tenere
Ang. hic: ꝛ in l. quoties. §. si quis nomen. vbi ẽt Imo. j. de here.
insti. qd̃ semp ĩ statutis talis expressio noĩs prenominis ꝛ cogno
9 minis dicatur esse de forma. † siue statutũ simpliciter regrat siue
vltra procedat annullando: ꝛ sic eius omissio semp debet vitiare
instr̃z lz nomẽ propriũ esset singulare. ꝛ dicit Are. quod ista opi.
videt esse ꝓbabilior: qꝛ al's tale statutũ nihil operaret vltra ius
cõe: qd̃ esse non debet. vt p Bar. in. l. iiij. §. pretor ait. j. de dã. ĩfe.
facit. l. si qñ. in pñ. j. de leg. j. idem cũ Ang. tz Lu do. ro. in. d. l. hac
consul. in pñ. p gl. in cle. appellãti. de appel. vbi lz nomẽ singula
re releuet ab onere ꝓbandi sicut ꝛ ibi notorium: nõ tñ reuelat ab
onere apponẽdi demõstrationes requisitas a statuto. idem tenet
Pe. de ancha. in cõmẽto. c. canonũ statuta. de consti. in v̾ si. quero
etiã si statuto caueat q notarij. idẽ. d. Alex. sibi cõtrarius. vbi sim
pliciter tenet cũ Ang. in cõsi. xcvj. iiij. vol. incip. viso ꝛ conside ra
to themate supꝛascripto. in vlti. col. ¶ Pro ista opi. Ang. cõtra
distin. bal. multũ facere videt regula. l. nõ dubiũ. circa med. C. de
10 leg. vbi est tex. † qd̃ nõ refert an lex vel statutũ vltra procedat an-
nullando vel non: sed respõdet q ille text. loquit qñ lex procedit
ꝓhibitiue vt ibi: ꝛ. l. cũ lex. j. de fideius. nã qñ lex ꝓhibet aliqd fie-
ri: lz vltra nõ ꝓcedat annullãdo tñ illud adeo censetur de forma
vt act⁹ in cõtrariũ factus nihil valeat. ꝛ ita ibi expresse no. Bar.
in. iij. not. secus qñ lex vel statutũ loquitur dispositiue mandãdo
aliquid fieri certo modo: tunc illo non seruato actus non reddit
nullus nisi lex expresse vltra procedat annullando: vt probatur
in. l. fi. C. de sen. ex peri. recitã. q nihil inducit de nouo vltra. l. pre
cedentem nisi qd̃ vltra procedit annullando ergo illa. l. fi. esset su
perflua si lex semper cẽseretur annullare: ꝛ ita ibi Sali. valde sin
gulariter no. illum tex. ad hoc: vt dicit. d. Alex. hic: q ista limita
tio est plus q̃ꝫ diligenter notanda. ad. d. l. non dubium. ꝛ ad statu
ta q̃ qñqꝫ non habent clausulã annullatiuam: ꝛ lz ipse. d. Alex. ã.
hic impugnet istam limitationem p aliqua satis leuia. tñ eam se
quitur consulendo. d. Alex. sibi contrarius. in cõsi. xxiiij. iiij. vol.
incip. inspecto processu. in. j. col. ad fi. ꝛ seq. Alibi tamen decidit
not. Bal. post Iac. but. in. l. si tutor. in fi. C. in quib. cau. in integ.

a ¶ Pro ista Adde vltra allegata ĩ p cedẽti appo stil. ꝛ vide q̃ ponit Feli. in. c. cũ dile cta. col. viij. ver. amplia decimo. d re scrip.

b ¶ Equipol lens. Adde do. Bar. so ci. in consil. xlv. colũ. iij. v̾. ꝛ si dicere tur. ꝛ d hoc latissime p Feli. in. c. cũ dilecta. col. xv. v̾si. ãplia vndecimo. vbi fere oĩa predicta ha beo. de re scrip,

11 resti. nõ est neces. † q si statutũ simpliciter dictet q accusans vel
denuntians det fideiussores q̃uis vltra ꝓcedat annullãdo si fue
rit ꝯtra factũ tñ valet accusatio nõ prestita fideiussiõe p illã legez
que decisio non videtur bona ex predictis. et sic distinctio Bal.
magis cõiter approbatur. Ego aũt veritatis indagande gratia
contra cõem oĩm opi. adduco duo que videntur satis stringere.
Primo pondero tex. in. d. l. hac consultis. cũ gl. C. qui testa. face.
pos. quẽ bal. ꝛ doc. allegant pro se. ego retorqueo ad appositum.
nam ibi tex. requirit pro forma in testamẽto ceci: qd̃ exprimãtur
specialiter noĩa ꝓpria heredum ꝛ dignitates ꝛ alia indicia: ꝛ ista
requirũtur pro forma. vt ibi vult tex. circa fi. in verb. ante late for
me declarant. ꝛ tñ gl. ibi: in verb. indicia. approbata per. Bar. ꝛ
oẽs hic. ꝛ ibi: tenet quod sufficiat expressio nominis singularis. s
gallopressi: ergo vbi lex regrit pro forma expressionẽ nominis:
prenominis ac cognominis: debet sufficere nomẽ singulare ꝛ ele
gans: nisi dicas sustinendo cõmunẽ opi. q non omnia ibi regsi-
ta in illo tex. dicãtur esse de forma. nã qd̃ ibi persona heredis de
monstretur per nomẽ propriũ dignitatis ꝛ indicia: istud fit solũ
ad demonstrandam personã heredis. nec in hoc tex. ibi procedit
vltra annullãdo: ergo ibi sufficit nomen singulare ad remouen-
12 dum dubitationẽ. vt ibi tenet glo. † Nam illud qd̃ requiritur ad
demostrationem persone nunq̃ꝫ dicit requiri pro forma nec pro
solẽnitate: cũ possit impleri per equipollẽs. vt hoc te. cũ glos. se-
cus esset quãdo lex requireret pro forma. l. cuz hi. §. si pretor. ss. d
transac. de qua. l. gl. opponit ꝛ non soluit: sed Bar. ꝛ doct. ita sol
uunt. tñ huic solutioni vere obstat tex. in. d. l. hac ꝯsul. in ver. ante
late forme. ꝛ tex. in. §. cecus. in verb. fm obseruationẽ. insti. quib.
13 nõ est permis. face. testa. ¶ † Secũdo cõtra cõmunẽ opi. facit. nã
in criminalibus pro forma ꝛ solẽnitate libelli accusatorij requiri
tur q in accusatione inseratur locus certus. saltem per duo con-
finia vbi est cõmissum delictum: ꝛ lex vltra ꝓcedit expresse annul-
lando. tex. est in. l. libellor. in prin. iuncto v̾. qd̃ si libelli. j. de accu.
ꝛ tamen Bar. ꝛ alij ibi: ꝛ Bar. ꝛ alij in. l. ij. j. co. volunt q si sit lo
cus insignis ꝛ notorius: puta palatiũ potestatis: qd̃ sufficiat: sꝫ
nõ recedas a cõmuni opi. Ex supꝛascripta decisione Bal. ꝛ alijs
s. relatis infert. d. Alex. hic vtilẽ regulã que frequenter allegat
in palatijs: qd̃ illud qd̃ est pro forma requisitũ qd̃ est qñ lex vel
statutũ loquit ꝓhibitiue: vel qñ habet clausulã annullatiuã: nõ
b potest impleri per equipollens[b] nisi ex causa necessitatis. vt hic p
14 do. Alex. † remissiue procedentẽ cũ ꝯcordãtijs per eũ allegatis.
et idẽ. d. Alex. in consi. xcvj. iiij. volu. incip. viso ꝛ cõsiderato the
mate. in vlt. col. alij. nihil tagunt. ¶ Ego vltra oẽs intendo istã
regulã bene ꝛ vtiliter examinare. cõtrariũ q imo sufficiat formã
statuti seruari ꝛ impleri per equipollens. tenet ipsemet. d. Alex.
sibi contrarius. in. l. fi. i. j. col. C. de procur. motus per illud quod
ibi decidit Iaco. but. ꝛ Bal. Item pro hoc adducit quod deci-
dunt Iaco. but. Bald. in aut. si omnes. in. ij. colum. C. si vt se ab
15 here. absti. vbi volunt † quod statutum requirẽs pro forma cita-
tionem alicuius: verificatur in equipollẽti si ille fuerit presens in
iudicio lz nõ citatus: qꝛ presentia equipollet citationi. vt est tex.
in. l. etiã si patre. §. fi. ss. de mino. dixi post bar. i. l. j. ss. de in ius vo.
Ego pro ista parte contraria addo tex. no. in. l. fin. ff. manda. vbi
licet forma mandati sit diligenter ad vnguem obseruanda. l. dili
genter. in prin. ꝛ. ff. mãdati. c. cum dilecta. de rescrip. tamen põt
adimpleri per equipollẽs: ideo mandatum de fideiubendo im-
16 pletur mãdato: † lz sit differentia inter fideiussorẽ ꝛ mãdatorez vt
declarat gl. magistra. in v̾b. fideiussorẽ in prin. in aut. de defide
iusso. col. j. ꝛ ille casus in dicta. l. fi. §. fin. est vnic⁹ in iure fz bald.
q nihil ignorauit in. c. j. in fi. vt lit. nõ cõtesta. ꝛ est multũ notabi.
tex. fm eũdem bal. in. c. cuz venissent. in. iij. col. in princi. de iudi. ꝛ
illum tex. etiam not. Bald. ꝛ moder. in. l. si quis mihi bona. §. sed
quid si mandauit vbi etiam est bonus tex. ad hoc. j. de acq. here.
17 Secũdo ꝛ fortius facit. † nam lex requirit pro forma quod testa
tor proprio ore coram testibus exprimat nomina heredum. l. he
redes palam. in princi. ss. de testa. ꝛ. l. iubemus. C. de testa ꝛ tamẽ
sufficit equipollens. s. quod notarius vel alius tertius coram te-
stibus nuncupet nomen heredis: prout tenet glos. ordi. ꝛ appro
bata in. d. l. iubemus. quã omnes indifferenter sequũtur: et quod
sufficiat equipollens est etiam tex. no. ĩ. l. nemo. in prin. j. de here.
institu. vbi sufficit quod testator presentem heredem ostendat: lz
non exprimat nomen: ergo sufficit equipollens. do. Andre. sicu.
in. c. raynutius. de testa. tenet quod in. d. l. iubemus illud non sit
de forma: ex quo lex ibi nõ ãnullat testamentũ factũ in quo testa
tor nomẽ heredis proprio ore nõ noĩauerit. sed bene ibi tex. in fi.
notarij testamẽta huiusmodi scribentibus penam imponit: sed
errat: qꝛ tex. ibi ante mediũ. expresse procedit vltra ãnullãdo te
stamentũ aliter factũ ibi: q si nõ fuerit obseruatũ hoc testm̃ stare
minime patimur. ¶ Tene regulã affirmatiuã quã tradit. d. Alex.
18 q † vbicunqꝫ lex vel statutũ aliquid requirit pro forma dꝫ ꝑcise ꝛ
ad vnguem impleri: nec sufficit adimpleri per equipollẽs. ꝛ pro

ca solco

ca soleo põderare tex.in.l.qui per salutẽ.ff.de iureiu.vbi si est de/
latum iuramentũ alicui qđ iuret ꝑ deũ:⁊ ille iurauerit ꝑ salutem
suã:lz ꝑ deũ iurare videaṫ:vt ibi dicit tex.cũ respectu diuini nõis
ita iuret:tñ tale iuramentũ nõ valet:cũ nõ sit ei iusiurãdũ ita de/
latum:ergo vult ille tex.ꝙ nõ sufficiat ꝑ equipollẽs adimpleri il
lud qđ est pro forma requisitũ.¶Scđo ad idẽ facit qđ vult gl.not.
cõiter approbata.in.c.vt circa.de elec.in.vj.que tenet ꝙ vbicũqꝫ
constitutio exigit iuramentũ per tactũ scripture:non dr̃ esse satis/
factum cõstitutioni si prestaṫ iuramentũ verbo sine tactu scriptu
19 re.facit qđ vult glo.in cle.j.in verb.tacta.de hered.†Tertio facit
qđ vbi in testamẽto pro forma requirereṫ subscriptio:illa nõ pos
set adimpleri per equipollens.vt est tex.no.in.l.cũ antiquitas.§.
cum aũt.C.de testa.quẽ tex.ad hoc reputat singu.Aret.in.l.si ita
stipulatus.§.chrysogonus.in.iiij.col.ff.de verb.obli.¶Quarto
no.facit ꝙ vbi in aliquo actu requiriṫ autoritas:tunc dꝫ formali
ter autoritas prestari sicut verbũ sonat:⁊ sic dꝫ formaliter dice/
20 re † interpono autoritatẽ:⁊ nõ sufficeret dicere equipollens:pu
ta consentio huic actui vel approbo istum actũ.ita signanter no.
Inno.in.c.cũ consuetudinis.de cõsue.⁊ ibi refert ⁊ sequiṫ Bal.in
ij.col.in pn̄.⁊ ibidẽ do.Anto.de but.⁊ alij.Archi.xviij.qđ.ij.in.c.
quidam.Bal.in.l.quecunqꝫ.circa fi.⁊ in.l.fi.§.necessitate i.v.col.
C.de bo.que libe.Bal.⁊ Ang.in.l.si quis mihi bona.§.iussuꝫ.ff.
de acqui.here.facit.l.si pater.in fi.de manu.vindi.quã ad hoc al/
legat Bal.in.d.l.quecũqꝫ.¶Quinto no.facit ꝙ si tutor nõ pro/
mittat formalibus verbis defensionẽ pupilli suscipere.iuxta.l.fi.
§.defensionem.C.de admi.tut.vitiatur tutela:qꝫuis promiserit
21 per equipollentia verba:†puta tutor promisit pro pupillo vtilia
facere ⁊ inutilia omittere ẜm Bar.⁊ Ange.in.d.l.fi.§.oẽs.C.de
admi.tut.Bar.in.l.legitimos.circa fi.prin.ff.de legiti.tut.vbi di
cit Bar.ꝙ per hoc iã vidit multas tutelas cassari:eo qꝛ in instru
mento tutele non erant formaliter apposita illa verba qđ tutor
promisit suscipere defensionẽ pro pupillo.idẽ tenet Bar.in.l.ꝓ/
tor.in prin.vbi Rapha.cu.⁊ Ludo.⁊ ibi aliqñ dixi.ff.de ope.no.
nun.idẽ tenet Bal.in addi.Spec.in titu.in vlti.col.in versi.tutor
tenetur.Ang.in fi.in auṫ.vt hi qui obl.col.vj.Rapha.cu.in.d.l.
legitimos.in prin.Ang.de arc.in.§.actionum.in.xxxv.col.insti.
de actio.d.Alex.in consi.cxxix.j.volu.incip.ponderatis his que
in prescripto themate narranṫ.in.ij.⁊.iij.colũ.¶Sexto facit qđ
no.tenet Bal.in.l.j.in.ij.col.de legi.statutũ ciuitatis Perusij di
ctat ꝙ oẽs proposite in consilio debeant fieri per priorem ⁊ ali/
ter non valeant:pone congregata adunantia generali totius po
22 puli:† populus vult aliquid statuere:sed prior nõ vult illud ꝓ/
ponere:forte qꝛ est penale vel quia iurauit nõ ꝓponere:vñ alius
proponit:⁊ populus sic concorditer statuit.determinat singula/
riter Bal.tale statutũ nõ valere:qꝛ forma non seruata actus est
nullus.l.cum hi.§.si pretor.ff.de transa.⁊.l.non dubiũ.C.de legi.
cum limitatione.de qua ibi per eum:et sic vult Bal.ꝙ forma sta
tuti debeat ad vnguẽ obseruari:nec possit adimpleri ꝑ equipol/
lens.ibi dixi de hoc.¶Septimo facit qđ no.tenet Alb.de rosa.
in.j.parte stat.q.cl.incip.adhuc idem Dy.consuluit super tali qđ
ne ⁊c.vbi determinat statuto ciuitatis.Verone cauetur ꝙ in in/
strumẽtis debebat apponi ꝓpriũ nomẽ diei puta die lune vel die
dominico talis mensis.Reperitur quodã instrumentum Vero/
ne confectum in quo diciṫ die octaua Decẽbris:⁊ nõ habet pro
23 prium nomẽ diei puta lune.†refert Dy.cõsuluisse tale instrumẽ
tũ nihil valere:cũ sit factũ ꝯ formã statuti Veronẽsis:⁊ sic cum
deficiat in forma specifica.§.fi.in auṫ.de tabel.col.iiij.⁊ tamẽ ibi
erat equipollens.s.octaua die.¶Octauo facit illud qđ determi
nat Guil.de cu.in.l.fi.ff.de postu.quẽ refert ⁊ sequiṫ Albe.de ro
sa.in.iij.parte statu.q.xcix.incip.Guil.de cu.vbi singulariter de
terminat ꝙ si statuto caueaṫ ꝙ si aliquis debeat banniri precede
re debeat publica proclamatio preconis ꝙ quicunqꝫ velit talem
defendere vel adesse cause eius cõparere debeat infra.xv.dies ⁊
preco in proclamatione dixit solũ quod qui volebat eũ defẽdere
24 ⁊ omisit si vellet adesse cause per hoc vitiatur bannũ†⁊ tamẽ non
potest defendere quin adsit cause:qꝛ forma statuti non est seruata
de quo etiã ꝑ Bal.⁊ alios in.l.fi.C.de procu.⁊ ibi do.Alex.quẽ
ff.etiã retuli in hoc aliter tenet.¶Nono facit ꝙ vbicunqꝫ lex vel
statutũ requirit tres citationes per modum forme non põt fieri
a vna ꝑ omnibus[a].l.nõnunqꝫ.ff.de iudi.⁊ ita tenet gl.approbata
in cle.j.in ver.iij.de vita ⁊ hone.cleri.facit tex.in.l.impuberibus.
ad fi.in ver.nouissime.ff.de suspe.tu.bal.in.l.ij.C.quomo.⁊ qñ iu.
⁊ in.c.j.de mili.vasal.qui cõtu.est.⁊ i.l.nõ sunt liberi.ff.de sta.ho.
et in.c.ex literis.in fi.de cõstitu.⁊ in.c.ex insinuatione.de rescrip.
25 ¶†Decimo ⁊ vltimo facit quando duo testes requiruntur ꝓ
forma statuti in aliquo actu ibi nunqꝫ potest deferri iuramentũ
in supplemẽtum probationis ẜm Bal.in.l.ij.ad fi.C.de bo.pos.
ẜm tabu.⁊ in.l.ij.C.de consti.pecu.Nota diligenter predicta qꝛ
anno preterito consului Bononie in statuto requirente certã for
mam vltra ius cõmune in testamẽtis condẽdis:ꝙ illa forma de/
beat precise ⁊ ad vnguẽ obseruari nec sufficeret equipollẽs qꝫuis
videretur plenius:qꝛ forme statuti nihil addi vel detrahi põt ẜꝫ
Bal.in.l.quoties.in.j.col.in fi.C.de suis ⁊ legi.Item quãdo for
ma est data a statuto nihil minimum mutari potest:etiam vnius
hore momentum ẜm bal.in.c.j.in.ij.col.de mili.vasal.qui contu.
est.item omissio forme etiã in qualibet minima parte vitiat actũ
ita not.d.Anto.de but.in.c.pisanis.in.vij.no.per illum tex.de re
stit.spol.Item ad materiam adde quod si scholaris esset notorie
26 peritus:† tamen pro habenda licentia doctoratus debet exami
nari in collegio doctorum:cum sit pro forma ẜm bal.in.c.consti/
tutus secũdo.in vlti.col.de appel.gl.tamẽ in.c.de petro.in verb.
ignota.xlviij.dist.dicit quod qui est notus non examinatur:⁊ no
tus sine probatione recipitur.⁊.d.Ab.in.d.c.ꝯstitutus.scđo no.
ex illo tex.quod scholaris notorie peritus põt doctorari sine exa
minatione vel saltem modica pro forma:habet enim populi testi
monium quod pro examine sufficit.dicit tex.in.c.nullus ordineṫ
xxiiij.dist.Item adde quod alibi no.bal.in.l.si dominationẽ per
illum tex.C.de nup.ꝙ lꝫ doctor tempore sui doctoratus non facit a
27 cõniuium:†qđ debet facere ex forma statuti:per hoc nil detrahi
tur sue dignitati doctoratus.refert Ioan.de ana.⁊ videtur sequi
in rub.de magist.in.ij.col.lꝫ dicat põderandũ esse qđ Bald.pre/
supponit:ꝙ teneatur ex forma statuti ⁊ plus non dicit.sed videṫ
tacite reprehendere Bald.cũ requiratur pro forma statuti:eius
omissio debet vitiare.⁊ circa hoc vide doctri.Bar.⁊ aliorum in.l.
vniuersa.C.de preci.impe.offe.¶Capio glo.fi.in verb.sufficere.
quam diuide in duas partes.In prima declarat tex.In secunda
oppo.⁊ non soluit.secunda est ibi:sed argumentum cõtra.¶In
ea glo.ibi:si modo per eum possumus esse certi.Habes declara/
tionem glo.ad tex.ꝙ vnum ex illis tribus sufficiat in exhereda/
tione:quando per illum possumus esse certi.Bar.⁊ alij doc.plꝰ
restringunt istũ tex.ꝙ vnũ sufficiat si esset tale nomẽ de quo nul/
la possit dubitatio oriri:vt in gallo presso:sed ista est nimia re/
strictio ⁊ violentia ad istum tex.vnde ego intelligo tex.plane sine
violentia:quod in filijs exheredandis sufficit vnũ ex illis tribus
et consequenter sufficit proprium nomẽ vel prenomen:si testator
dicat filium meum Petrũ exheredo.Istud sufficit ex quo in fi/
lijs suis primi gradus nullus alius sit illiꝰ nominis proprij vel
prenominis a cõmuniter accidentibus:lꝫ in agnatione ⁊ latius
in ciuitate plures eiusdẽ nominis proprij reperianṫ.ista est pro/
prie mens huius text.sed moueo nouam difficultatem cõtra istũ
28 tex.nam tex.dicit:⁊ cõstat:vel vnuꝫ ex his sufficere.†Cõtra per
solum cognomen nunqꝫ possumus esse certi.nam cognomen est
cõmune totius agnationis nomen vt de asinellis.vt declarat glo.
in.l.si in nomine.C.de testa.⁊ in.§.si quis in nomine.institu.de le
ga.⁊ gl.hic.⁊ sic cognomen est totius familie:ergo est nomẽ ge/
neris:quod non potest vni soli conuenire:sed exheredatio facta
per nomen generis nihil valet:cum debeat in specie fieri ⁊ nomi/
natim vt hic.⁊.l.seq.⁊.§.j.institu.de exheredã.libe.¶Item exhe
redatio facta per solum cognomen:⁊ sic per nomen familie nihil
penitus debet valere:quia est inter ceteros facta:cum comprehẽ
dat etiam existentes in alijs gradibus inferioribus:⁊ sic nepotes
pronepotes ⁊ vlteriores:cum omnes sint de eadem cognatione:
ergo cum sit facta inter ceteros nihil valet:sicut quando testator
dicit liberos exheredo.ẜm glo.⁊ docto.in.l.titius.in princi.ff.co.
Iteꝫ in filio exheredando frustratorium est apponere cognomẽ
10 ¶ †Item inq̄tum bar.se fundat q pronepos et abnepos quilibet vere est nepos et prepositio pro:solum addit̄ vt vnus ab altero discernat̄:et consequēter vult singu.Bar.q illa prepositio p que additur non significat impropriētatem. In cōtrariū ponderat Are.hic tres text.s.text.in.l.j.in prin.de suis et legi.in ver.sed hos quoq; pro intestatis accipi.et ibi Bar.in fi.no.ex illo tex.qd̄ haberi p intestato impropriētatē importat.et idē Bar.in.l.si maritus.§.legis.j.de adul.lz defendēdo Bar.dic q ibi non est sola prepositio pro:que denotat impropriētatē:sed ibi sunt alia verba que sequūtur.s.verbum haberi et verbum accipi. ¶ Scdo cōtra Bar.allegat Are.tex.in.l.j.§.j.de eo qui pro tuto.vbi appellatione tutoris non venit protutor:sed responde q ille tex.nihil facit nec meruit allegari i proposito:qr loquitur in eo qui nullo modo erat tutor sed gerebat se pro tutore:vnde ex mente Bart. dic quod aliquando dictio pro denotat impropriētatem quādo loquimur in eo qui vere non est talis:vt ibi:aliquando significat distinctionem et ordinē personarum vt hic:et.d.l.cui eorum.§.affinitates. ¶ Tertio cōtra Bar.pōderat Are.tex.in.l.adoptiuus §.fi.de ritu nup.vbi videtur pbari quod iste adiectiones pronurus prosocer significant q ille qui sic nominatur non sit proprie talis:patet qr tex.ibi subdit:lz quidam hanc pronurū appellent. et illum tex.pro singulari ad hoc etiā no.idē Are.in.l.j.C.de suc.
11 edi.† Potes respōdere q tex.ibi dicit q appellatione nurus nō tn̄ vxor filij sed etiā nepotis et pronepotis continet̄:et sic facit p Bar.et q̄uis subijciat lz quidā has pronurus appellent nō seq̄tur ergo improprie. ¶ Vltra fundamēta Bar.aduerte q idem Bar.in.d.l.cui eorum.§.affinitates.fortius inducit illum text.et dictā.l.nurus.nam cum illi tex.dicant continentur ergo ex propria significatione. Not.diligenter istam regulam Bar.qd̄ verbum cōtinent̄ positum in lege vel in statuto importat propriam significationem quod est vtile ad multa.idem tenet Bar.i.l.hec vba.de adul. ¶ Istam regulam:et sic istam inductionem reprehendit Are.hic.quia aliquid potest contineri sub aliquo ex larga significatione vocabuli et non ex proprio significatu:ergo nō est verum quod verbum continentur importet propriam significationem. Istud patet in.l.sed si hac.§.parentes.et.l.parētes.de in ius vocan.iuncta.l.iuriscōsultus.§.parentes.de gradi. Item in.d.l.liberorum.circa.medium.dicitur filiorum appellatione cōtinentur nepotes:et tamen Barto.ibi.in.viij.colum.in princip. respondendo ad dicta Jac.but.tenet quod non contineatur nepos de proprietate vocabuli. ¶ Ego semper reputaui istam regulam barto.esse falsam.et in contrarium allego quāplures tex.
12 † Primo pondero textum in.l.i.legibus.de testi.qui dicit quod appellatione vxoris continetur sponsa.et sic vtitur verbo continetur:et tamen sponsa non est proprie vxor:nec venit appellatione vxoris.ita dicit textus in.l.si qua.§.primo.et.§.sequenti.s.de ritu nuptia.Secundo pondero text.in.l.actionis verbo. iuncta glo.

uncta glo.j.de act.⁊ obli.vbi dicit tex.†ꝙ actionis verb.cōtine
tur actio in rem et actio in personā:⁊ tñ actio in rē nō est proprie
actio sed petitio:sed solū largissime.tex.est in.l.actio in personā.⁊
ibi glo.declarat.eo.tit. ¶ Tertio a idē tex.in.l. hereditatis.scda
j.de vb.sig.vbi dicit tex.hereditatis appellatiōe ꝯtinent bo.pos.
⁊ tñ bonorū possessor est improprie⁊ largissime heres.l.ij.de bo.
14 pos.§.quos aūt.insti.e. ¶ †Quarto ad idē tex.in.c.ꝑuenit.ꝑmo
de testi.cog.vbi dicit tex.appellatione instrumentorū continent
testes.⁊ do.Abb.in.ij.not.dicit: istud est verū largissime et im/
proprie:patet qꝛ post publicatas attestatiōes nō possunt ꝓduci
testes sed bñ instrumenta ꝓpter timorē subornationis.c.cū dile/
ctus.de fi.instr.Itē terminus datus ad ꝓducēdū instrumēta nō
cōprehendit productionē testiū vel eꝫ.l.testium.C.de testi. ergo
lꝫ tex.ibi dicat cōtinent:tñ est improprie ⁊ largissime ſm.d.Ab.
ibi.Ego fortius induco illum text.in.d.c.ꝑuenit primo.dū dicit
ꝙ appellatione instrumentorū continent testes iungendo tex.iu
15 risconsulti.in.l.j.de fide instu.†vbi querit tex.nunquid appella/
tione instrumentorū veniant testes.⁊ dicit testes loco instrumen
torū habent.pōdera illud loco habent:ergo improprie qꝛ aliud
est esse talē:aliud haberi loco talis.l.mercis appellatiōe:vbi gl.j.
de vbo.signi.bar.in.l.si maritus.§.legis.j.de adul. ¶ Quinto ⁊
vltimo contra Bar.ꝙ verbū cōtinent:nō importet ꝓpriā signi
ficationē sed potius extēsionē.facit tex.in.l.fi.in vsic.j.de assignā.
libe.⁊ tex.in.d.l.nurus.de verb.signi. ¶ Quid tenendū in princi
pali puncto:puto de iure tutius esse qd de proprietate sermonis
appellatione nepotis non veniat proprie pronepos sed per extē
sionem.et pro hoc Raph.cu.hic adducit tex.in.l.lucius.§.filiā.
de leg.ij.ibi etiā in materia fauorabili appellatione nepotis nō
venit pronepos:sed respōdēt idē Raph.⁊ do.Alex.hic:ꝙ ibi te
stator retulit se ad certā ꝑsonā:qꝛ loquit de nepote ex filia: ideo
nō venit pronepos:prout respondet Bar.hic.ad.§.idem credē
dum.s.e.l.vñ tu melius allegata tex.in.d.l.nurus.j.de vb.signi.
quā Bar.allegat pro se:vbi dicit tex.porrigēda est ad pronurū:
ergo per extensionē:ergo non vere nec proprie. ¶ Secūdo facit
16 qd tenet Bal.in.l.j.in fi.C.de succes.edic.†ꝙ si statutū faciat mē
tionē de nepote:nō intelligit de pronepote:nisi sit casus fauora/
bilis ⁊ nemini noceat.ita intelligit dictā.l.cui eorū.§.affinitates.
¶ Tertio ⁊ vltimo pondero tex.in.l.ij.§.pretor ait.iuncto.§.nu
rum etiam.qui satisda.cog.vbi iuriscon.fecit mentionem de soce
ro ⁊ nuru statuēdo ꝙ satisdatio pro vno sufficeret pro alio: post
ea querit quid de pronuru:vñ si appellatione nurus veniret pro
prie ꝓnurus:vt dicit Bar.sup̄flua esset dubitatio ⁊ decisio illius
§.nurū etiam.nec potes dicere qd ibi loquatur de nuru respectu
certe persone:vt dicit bar.hic:imo loquitur de nuru simpliciter
et tamen non venit pronurus:nisi diceres per mendicata suffra
gia qd illud ibi stet declaratiue: sed truffa est. ¶ Quarto ex isto
17 tex.⁊ tota ista.l.no.Andr.de pisis.d Ray.de for.†ꝙ appellatiōe
filij non continetur nepos etiā in dispositionibus fauorabilibꝰ
patet qꝛ filio instituto nepos qui succederet rūperet testamētum
nisi etiā ipse esset specialiter institutus vel substitutus:vt patet a
principio huius.l.vsqꝫ ad hunc tex.Bar.vero tenet quod istud
nullatenus probetur in ista.l.vt hic ꝑ eū. ¶ Hinc sumpta occa/
sione Bal.Albe.de ro.Joā.de imo.late examinat an appellatio
ne filiorum contineantur nepotes in vltima voluntate:⁊ quid qñ
profertur a lege:⁊ quid quando a statuto.de quibus omnibꝰ ꝑ
ordinem ponit Bar.in.l.liberorum.j.de verb.sig.cū multis con
18 cor.hic traditis per.d.Alex. ¶ †Videamus quid in vltimis vo
luntatibus:⁊ sic an in institutionibus vel in substitutionibus ap
pellatione filiorum contineant nepotes:est passus dubius ⁊ ma
teria quotidiana. ¶ Pro parte negatiua facit bene tex. allegat
per Bar.in.l.qd si nepotes.de testa.tute.⁊ in.§.penul.⁊ fi.instit.
qui da.tuto.poss.vbi text.dicunt enim : aliter filios aliter nepo/
tes appellamus:q̄ ratio generaliter cōcludit:siue testator dispo/
nat circa filiū dando sibi tutorem siue instituēdo siue substituen/
do siue aliter disponendo.cum ratio sit generalis:ergo generali
ter debet ꝓcedere.l.a titio.cū simi.j.de verb.obli.Itē lꝫ lex ponat
casum specialem:tamē qñ ratio est generalis generaliter ꝓcedit
vt no.Bar.in.l.regula.§.⁊ licet.de iuris ⁊ fac.igno.⁊ per hoc tol
litur responsio quam ponit Bar.in.d.l.liberorū.dum restringit
19 d.l.qd si nepotes solum ad dationem tutele. ¶ †Secūdo ad idē
facit iste text.⁊ tex.in.l.posthumorum.j.titu.j.vbi iuriscon.proui
det quod testator qui instituit filium debeat etiam instituere vel
substituere nepotem ne si contingeret filium predecedere viuo te
statore:nepos qui reperiret se preteritum rumperet testamentū:
ergo apparet quod sub institutione facta de filijs nō comprehē
dunt nepotes. ⁊ dicere ꝓut dicit Bar.hic.⁊ in.d.l.liberorū.i.iij.
colū.qꝛ ista iura intelligant quando testator instituit filiū certum
⁊ nominatū:prout dicit gl.in.l.si quis ita.§.j.de testa.tutel.videt
esse quedā restrictio ⁊ diuinatio. ¶ Tertio ad idem facit tex.i.l.
sed ⁊ milites.§.j.de excusa.tut.vbi dicit tex.hec q̄ dicta sunt ꝓce/
dunt in filijs militū:secus est aūt in nepotibus militum:⁊ sic iura
que loquuntur in filijs non procedunt in nepotibus.ad idē facit
qꝛ aliter diffiniūtur filij.s.qui nascuntur ex vxoribus nostris ali/
ter nepotes qui nascūtur ex nuru vel pronuru.l.filium eum diffi/
nimus.s.de his q sunt sui vel alie.iur. ¶ Confirmatur quarto ⁊
optime:qꝛ ita se habet cōis vsus loquendi ꝙ appellatione filio/
rum nō comprehendant nepotes.ita tenet glos.in.d.§.fin.in vb.
appellamus.instit.qui da.tuto.pos.⁊ gl.in.§.cū igit.in ver.filios
in aut.de non eligē.scdo nuben.do.Ant.de but.in proe.decre.i
20 vj.colū.†Sed dispositio testatoris debet intelligi ſm cōmunem
vsum loquendi.l.liberorum.§.qd tamen.de lega.iij.⁊ ibi glo.no.
que dicit ꝙ cōmunis vsus loquendi prefert cuicūqꝫ interpreta/
tioni:et cuicunqꝫ dispositioni.facit.l.labeo.§.idē tubero.j.de su/
pel.lega.l.cū delationis.§.asinam.de fun.instru.dixi plene in ru
21 bri.j.de oper.no.nū. ¶ †Confirmatur ⁊ quinto:qꝛ qñ testator in
testamento prohibet filios bona alienare non videtur prohibuis
se nepotes:⁊ sic in prohibitione testatoris de non alienādo facta
filijs non veniunt nepotes.ita not.glos.singu.in.§.nos igitur.in
aut.de resti.fideicō.coll.ix.bar.i.l.lucius.§.sempronie.de leg.ij.⁊
in.l.filiusfa.§.diui.cum concor.quas ibi dedi.de leg.j.Cy.⁊ bal
in.l.volūtas.C.de fideicō.⁊ istam opi.tenent Bal.⁊ Jo.de imo
hic.⁊ Bal.in repe.l.in suis.in vlt.colū.s.co.⁊ in.§.fi.insit. q da
tuto.pos.⁊ in consi.lxxvj.iiij.volu.incip.agnes habebat quēdam
fratrem.do.Alexan.in consi.j.j.volu.incip.perspectis verbis te
stamenti.in.xij.colū.⁊ duabus sequentibus. ¶ Cōtrariam opi.
quod in vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniant ne
potes:facit tex.in.d.l.liberorū.in ver.sed ⁊ papirius.⁊ in.l.iusta.
et in.l.filij appellatione.et ibi glo.de verb.signi.⁊ in.l.vxorem.§.
22 concubine.j.de leg.iij. †Nam in vltimis voluntatibus que sunt [a]
multum fauorabiles debet fieri larga interpretatio.l.in testamē/
tis.de reg.iur.⁊.c.cum dilecti.de dona.ergo saltem ex lata inter
pretatione appellatione filiorum veniunt nepotes:vt in iuribus
preall eg.q̄uis ex stricta significatione aliud posset dici:vt in iu/
ribus ⁊ fundamentis pro parte cōtraria adductis. ¶ Ad idem
facit bonus text. in quo pendet veritas huius articuli.l.lucius.
vltima.j.de here.insti.vbi testator fratri suo instituto substituit li
bertos sub ꝯditione si ipse frater decesserit sine filijs etiam quod
est fortius ex se natis.ibi deciditur quod appellatione filiorū con
tinentur nepotes:⁊ sic etiam filij fratris:⁊ sic etiam nepotes trās/
uersales non solum nepotes descendentes quod valde not. ⁊ ita
ibi illum tex.ad hoc valde no. Ang.⁊ Jo.de imo.pro ampliatio
a ne huius passus. ¶ Et per illum tex.in principali articulo:[a] ita
tenet Bar.in.d.l.liberorum.in.iij.col.Ang.hic.Old.laud.in cō
sil.cclxix.incip.thema facti.do.Anto.de but.in.c.in quibusdam
de penis. Petr.de ancha.in.cle.j.de baptis.do.Card.florē.in.c.
ij.de verb.sign.Ludo.roma.in consi.ccccxxviij.incip.in casu cō
sultationis presentis.in vltimo dubio.do.Alex.in cōsi.ix.j.vol.
incip. visis verbis testamēti Laurētij. vbi in duobus locis dicit
istam esse communem opi.⁊ in cōsi.x.iij.volu.incip.circa primū
dubium videretur prima consideratione.⁊ in consi.xxvj.iij. vol.
incip.videretur fortasse super premisso themate.⁊ in notabili ca/
su in consi.lvj.volu.incip.Aldroandus.Arc.in consi. cxlvi. inci/
piē.summatim.Soci.in consi.xiiij.incip.sequēdo ordinem predi/
ctarum questionum.in.j.q.⁊ ita als consului Bononie in cā illo
23 rum de calice. ¶ †Ista communis conclusio planius procedere
quando esset talis nepos quem testator consueuerat nominare ⁊
tractare vt filiū tunc proculdubio veniret appellatione filij . ita
not.sing.Bar.in.l.alimenta.in prin.de alimen.⁊ ciba.lega. seqꝛi
tur ⁊ reputat singulare Lu.roma.in.l.si vero.§.de viro.in.xx.ij.
fallentia.s.solu.mat.⁊ in consi.ccccxxviij.incip.in casu consulta
tionis presentis:quia mihi dubitatissima est in fi.dixi de hoc vlti
mo.⁊ no.limitaui in.l.si pater tuus.C.de here.insti.per decisionē
not.Cy.ibi. ¶ Tamen aduerte quia text.in.d.l.lucius.est princi
palior ⁊ melior qui allegetur in hoc articulo et in quo Barto. et
docto.se fundant. ¶ Potest ad illum tex.dupliciter responderi
ſm Joā.de imo.hic.Primo ꝙ loquat quando dispositio testa/
toris fuit collata in aliquē futurū euētū si decesserit sine filijs : in
quem verisimiliter poterat esse dubium:an tunc extabūt filij pri
mi gradus an vero nepotes vel inferiores:ideo tūc verisimile est
ꝙ testator late intellexerit verbum filijs vt etiam veniāt nepotes
qꝛ verisimiliter presumitur habuisse parem affectionē:ergo ne/
potes filiorum si illi superessent premortuis eorum filijs et hoc
casu ꝓprie videt loqui tex.in.d.l.lucius.in verb.filiū.coniūcto ver
bo liberos.sed iste tex.⁊ similes loquunt quādo instituebat filius
de presenti:ideo tunc appellatione filij non cōtinetur nepos nisi
exprimatur.Istam solu.sequitur do.Alexan.hic ⁊ in consilijs ꝑ/
allegatis:sed eam reprobat Ludo.roma.in preallc.consil.ccccxx
xviij.in vltimo dubio.vbi dixit in contrariū esse casum apertum
in.l.cū pater.§.hereditatē.j.de leg.ij.iuncta expositiōe gl.⁊ Dy.
sꝫ tu defēdēdo sol.Imo.rñde altero de duobꝰ modis.Primo ꝙ

[a] ¶ Articulo adde ⁊ vide ꝯsi.dñi Otonis de nicoli.qd hēs inter ꝯsilia Sozi.consi.clij.⁊ ibi subscriptiōes.⁊ add ꝙ pau.de ca.in ꝯsi.xcviij.incip.Incip.Propriis vtamur vocabulis.i.j.pte cōsilior nouorū ſm impressioné papiēsem.⁊ tꝫ ꝙ filiorū appellatiōe ex ꝓprio si significatu ñ veniunt nepotes ⁊ maxime in substitutione fideicō. q̄ est grauamē.l.coheredi.§.cū filic.vsic.nec fideicō.j.de vulg.et pup.et vide eundē in.d.vel.cōsil.cc.incip.super primo quesito vī primo dicendū.i.ij.col.vbi si testator instituit ꝓprias filias earum appellatiōe vbi dō cōmodo tractat: veniunt nepotes.alle.Bar.in.d.l.liberorū.et in.l.lucius.

ibi nõ dixit filijs simpliciter ꝑut est questio nostra:sed dixit filijs suis.iuxta not.per Bar.in.d.l.liberoꝝ.⁊ hic dñ ita respõdet ad istum tex. Secũdo dic ꝙ ibi extabant filij ⁊ nepotes:ideo cũ verificetur in filijs nõ hꝫ locum in nepotibꝰ ſm Bar.in.d.l.liberoꝝ. ¶ Secundo principaliter respõde ad.d.l.lucius.qd ibi illud est ex interpretata mente testatoris:vt ibi dicit tex.circa fi.nam: prudens consilium testatoris aĩaduertit ⁊c.ꝙ voluerit nõ solũ filios testatoris preferri sꝫ etiam eius liberos:⁊ hoc speciali ratione ne testator videaꝛ voluisse preferre extraneos heredes ꝓprie agnationi.l.cũ acutissimi.C.de fideicõ.⁊.l.cũ auus.ff.de cõdi.⁊ demon. ſm Bal.et Jmo.hic:lꝫ nõ ita clare. ¶ Tenendo istam partẽ q̃ est cõis:nõ obstat tex.in.d.l.qd si nepotes.⁊ in.d.§.si.institu.qui da.tuto.pos.qꝛ illa iura nõ loquunꝛ in testatore instituente filios vel substituẽte:sed in testatore dante tutorem filijs quo casu lꝫ ex parte filioꝝ sit fauor:tñ ex parte tutoris est dispositio onerosa ⁊ preiudicialis tutori qui cogitur etiã inuitus munus tutele suscipere.l.j.§.si quis tutor.ff.qñ appel.sit.⁊ insti.de excu.tu.circa pñ. vnde non tam lata fit ibi interpretatio:⁊ modicũ preiudicium fit ibi nepotibus si illa datio tutoris nõ cõprehendit nepotes:qꝛ extat prouisio legis:qua mediante ꝓuidetur nepotibus de tutore legitimo vel datiuo:sed caue qꝛ illi tex.nõ fundãt se in predictis sꝫ in ratione generali qꝛ aliter filios aliter nepotes appellamus vt dixi.s. ¶ Non omitto etiam vnum qd do.Alex.hic examinat
24 ⁊ dicit ꝙ satis ibi erit si aliud hodie non addisceres.†nũquid in feudis[a] appellatione filij veniãt nepotes ⁊ ꝓnepotes:puta si qs acquisiuit a principe vel rege feudum pro se ⁊ filijs:an veniãt nepotes et pronepotes ⁊ ceteri descendẽtes. Dubium facit ſm eũ illud qd vult Bar.in.d.l.liberorum.in.v.col.vbi tenet ꝙ lꝫ i vltimis volũtatibus appellatiõe filiorum cõtineanꝛ nepotes:co qꝛ in vltimis volũtatibus fit larga interpretatio vt predixi:tamen in contractibus appellatione filiorum nõ veniũt nepotes:co qꝛ in contractibus interpretatio fit cõtra eum:pro quo verba proferunꝛ:qꝛ debuit legẽ apertius dicere.l.veteribꝰ.cũ simi.s.de pac. ¶ Ego addo aliam notabilẽ ratiõẽ dubitandi que ꝯfirmat ꝓ
25 cedentem:†qꝛ licitũ est arguere de emphyteosi ad feudũ quãdo non apparet diuersitatis ratio:vt tenet Spec.in ti.de feu.§.quoniam.in versi.iiij.in fi.Bald.in.l.liberti.in.viij.col.C.de ope.lib. dixi late i.l.j.C.de iure emphy.sed si aliquis acquirit emphyteosim pro se ⁊ filijs non veniũt nepotes nec pronepotes.ita ꝑ quatuor fundamenta cõcludit Bal.in.l.ij.in.xxj.q.C.de iur.emphy. Jo.de imo.in.l.qd dicitur.in antepe.col.ff.de vb.obli.⁊ in.l.cum vir.de cõdi.⁊ demõ.⁊ in cõmento.c.potuit.ad fi.de loca.d.Alex. in consil.lxj.incip.ponderatis his de quibus in themate.in.xvj. col.et in consi.cxxviij.incip.consideratis verbis instrumẽti.i.xj. col.et seq.⁊ in consi.xvij.v.volu.incip.ponderatis his que in themate narrãtur.in.ij.col.ergo idem in feudo. ¶ Contrarium determinat do.Alex.per tex.quem ad hoc reputat singu.in.c.j.§.j. in versi.⁊ si clientulus.de alie.feu.vbi est tex.ſm eum ꝙ in feudis nomẽ filij ponitur pro quolibet descendẽte ex linea masculina.⁊ ibi hoc firmat Bal.in.ij.co.⁊ in.c.que in ecclesiarũ.in antepe.col.
26 de consti.et in preludijs feudoꝝ.lꝫ nõ ita clare ſm eũ. ¶ †Subdit do.Alex.ꝙ tex.ille clarius hoc ꝓbat:dum equiparat quãdo concessum est feudum filijs:⁊ qñ cõcessum est heredibus masculis:sed hoc scdo casu cõprehenduntur oẽs descendentes masculi ergo idem in primo. ¶ Non obstant no.ꝑ Bar.in.d.l.liberoꝝ.
27 qꝛ respondet†ꝙ feudum nõ est proprie cõtractus:sed gratia ſm Bal.preludijs feu.in.vj.col.⁊ ibi plene Jac.de bel.Fateꝛ tñ ꝙ nisi editus fuisset nobis ille tex.questio ista esset in periculo.⁊ qd alias requisitus:vt pro parte cõtraria consulerẽ id facere recusaui:ꝙuis aliqui non animaduertentes ad predicta cõtrarium cõsuluerint.ita residet do.Alex. ¶ Sꝫ profecto in tam vtili articulo fuit admodum diminutus:vt patebit ex infra dicendis. Adde quod istud idẽ tenet domi.Alexã.in consi.cxxiiij.vol.incip. super primo quesito.in.iij.col.⁊ in consi.cxvij.v.volu.inci.põderatis his que in themate narrãtur.in.j.⁊.ij.col.vbi dicit ꝙ legendo ⁊ consulendo semper sequutus est istam partem. ¶ Tenẽdo istam opinionem põt responderi ad id qd opposui.s.de emphy
28 teosi dupliciter.†Primo ꝙ argumẽtũ de emphyteosi ad feudũ nõ ꝓcedit nisi in iure feudorum:aliud sit in feudo specialiter dispositũ:vt est hic.d.ver.⁊ si clientulus. ¶ Secũdo respõdetur ꝙ emphyteosis est cõtractus:ideo succedit decisio Bar.in.d.l.liberorum:quod in contractibus appellatione filiorum non veniũt nepotes nec pronepotes:secus est in feudo quod est gratia vt ꝓdixi. ¶ Tu autem aduerte quod tex.in.d.versi.⁊ si clientulꝰ.de quo do.Alex.facit magnum festum parum vel nihil facit:nec est verum quod tex.ibi equiparet quando concessum est feudũ filijs et quando concessum est heredibus masculis:prout eum inducit do.Alexã.qꝛ ille tex.solum dicit quod verbum sine herede in feudis intelligitur:idest sine filio masculo.istud solum dicit ille tex. non autem dicit econtra quod appellatione filij in feudis intelligatur de herede masculo:nam si ita diceret tunc procederet inductio domi.Alex.bene verum est quod gl.ibi in verb.ad dominũ. in fin.istud expresse firmat. Mouetur simpliciter qꝛ filiorum appellatione etiam nepotes cõtinentur.d.l.liberorum.⁊ illam glo. ibi simpliciter no.⁊ sequitur do.Mar.laud. ¶ Secundo aduerte inꝯtum do.Alex.dicit quod si non esset editus ille tex.ista qd esset in periculo:certe ille tex.parum facit vt dixi:ego puto quod etiam sine illo tex.res esset admodum clara:⁊ miror de do.Alex.
29 nam†feudum proprie est beneficium.c.j.§.penu.in quibus cau. feu.amit.Bart.in.l.j.in vlti.colũ.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ i.l.fin.de constitu.prin.modo si in vltimis voluntatibus in quibus solum fit larga interpretatio appellatione filij veniunt nepos et pronepos:vt dixi in articulo precedẽti ꝗto fortius in beneficijs in quibus latissima fit interpretatio.l.fi.de constitu.princi.⁊.c.cũ dilecti.de dona. ¶ Tertio in terminis istud decidit Bar.in.d.l.liberorum.in.iij.colum.in versi.quero quid in rescriptis principis.⁊ valde admiror quod do.Alex.eum nõ viderit:vbi formaliter dicit Bar.quod si rescriptum principis continet beneficiũ vt si imperator concedit castrum alicui ⁊ filijs suis:tunc intelligiꝛ etiam de nepotibus ⁊ pronepotibus:qꝛ est latissime interpretandũ.d.
30 l.fi.de constitu.princi. ¶ †Quarto quod in feudis appellatione filiorum veniant nepotes ⁊ pronepotes:tenet late ⁊ not.Pe.de ancha.in cõmento.c.canonum statuta.de consti.in.xiij.q.princ. in materia interpretationis declaratorie.in ver.sed quãdoꝙ verbum filijs ponitur in concessionibus gratiosis:vbi refert quod magne scientie ⁊ fame doctor do.Fran.de albergo.de are.consuluit quod in concessione feudali facta per quendam comitẽ cuidam Aretino recipienti pro se ⁊ filijs suis masculis quoddã feudum comprehenderetur descendentes ex linea masculina:quia feudum est quoddam beneficium.c.ij.de feu.cogni.⁊.c.j.in fi.i
31 quib.cau.benefi.amit.†sed in beneficijs in quibus fit latissima interpretatio appellatione filiorum veniunt etiã nepotes ſm bart. in.d.l.liberorum. Preterea ſm eum verbum filijs masculis non est appositum vt restringat naturam cõtractus feudalis:que est vt trãseat ad oẽs descendentes:sed vt excludat lineã transuersalẽ ⁊ femininã. ¶ Preterea ſm eum verbum filijs non est appositũ causa restringẽdi:sed vt appareat filium habere ex persona propria ⁊ non vt heredem patris stipulantis.l.quodcunꝙ.§.si quis ita.ff.de vbo.obli.vnde de persona filij debet transire ad nepotẽ. ita ibi tenet. Pet.de anc. ¶ Quinto adde etiam not.Bal.i.d.c.
32 que in ecclesiarum.in.viij.colũ.in fi.†vbi dicit quod si concessum est alicui feudũ pro se ⁊ suis filijs intelligitur de descendentibus in infinitum:qꝛ materia est indifferens quo ad gradum:vnde nomen filius ſm naturam huius cõtractus feudi significat totam lineam descendentium:sed si materia esset differens quo ad gradum intelligitur solum de liberis primi gradus.arg.l.iubemus
33 C.ad trebel.ita ibi Bald. ¶ Vltimo Bar.in fine querit:†an appellatione aui continetur auia est corruptus:vult dicere an non tineatur proauus et appellatione auie contineatur proauia.⁊ tenet quod sit propter idẽtitatem nominis per leges quas.s.allegauit.adde quod Bar.i.d.l.cui coꝝ.§.affinitates.s.de postulã. dicit se per illum tex.iam consuluisse quod licet tex.autẽticorum: scꝫ in auẽ.matri.et auie.C.quando mulier tutel.offi.fungi pos.dicat quod tutela deferatur solum matri ⁊ auie:tamen intelligitur
34 etiam de proauia.†nã proauia est auia licet addatur prepositio pro:vt ibi patet in text.quod reputat not.idem tenet Bar.in.l.si quis sub conditione.in.iij.colum.de test.tutel.Bal.in.d.§.affinitates.per rationem illius tex. Jmo.Rapha.cuma.do.Alexã.et Arc.hic. ¶ Contrarium tenent Ang.et Pau.de cast.hic:⁊ plenius Ange.⁊ Pau.de cast.in.§.idem credendum.s.ea.l.Ang.i d.auẽ.matri ⁊ auie.⁊ in.d.§.affinitates.vbi etiam Raph.Fulg. qui dicit quod semper reputauit istam decisionem Bar.esse falsam.⁊ Ludo.roma.in.l.j.C.de succes.edi.moti per tex.in.§.ex his in auẽ.debere.ab intest.col.ix.vnde sumitur.d.auẽ.matri et auie vbi dicit tex.matri et auie solis defertur tutela:ergo patet quod proauia nõ admittitur:sed ad hoc facile est respõdere ſm Jmo.
35 ⁊ Moder.†qd dictiones taxatiue non excludunt casus similes nec impediunt extensiones que fiunt ex dispositione aliarum legum.l.ob es.cum glo.C.de pred.mino.l.serui nomine.vbi glo.⁊ i.l. Bart.de vsuca.Bar.in.l.si constante.in princi.s.solu.mat.⁊ i.l. j.in prin.vbi plene dixi.s.si qs ius dicen.nõ obtempe.bene facit solẽnis tex.in.l.j.§.j.ff.si mes.fal.mod.dixe.⁊ in specie de dictione solis:qd nõ excludat similes:est glo.in.l.cum notissimi.in princ. in ver.solam.C.de prescrip.xxx.ann.et in.l.j.iuncto tex.de cond. furtiua.⁊ in.l.eũ qui.§.si petẽti.in vb.dũtaxat.de publi.in reãc.
36 gl.in.l.fi.C.de legi.Bal.⁊ Sali.in.l.j.C.de contratab. ¶ †Secundo monetur quia in materia correctoria:vt est dicta auẽ.matri ⁊ auie.appellatione auie nõ debet venire proauia.argu.l.precipimus.in fi.C.de appel.et per hoc respondent ad tex.in quo se fundat Bar.in.d.§.affinitates.qd non loquiꝛ in materia correctoria sed exorbitanti.

[a] ¶ In feud. Adde eũdẽ Jasonẽ in.l. de qbꝰ colũ. v.ver.iuxta ꝓdicta.s.de legibus vbi ẽt late põit ⁊ vltra ipm latissime examinat do. Frã.curtiꝰ in suo trac. feudo.cha. rix.col.iij.⁊ distiguit vt ibi per eũ.

sed exorbitanti. Sed hoc respōdēt Imo. ⁊ Moder. qđ ex vi regu-le antique parificātis auiā ⁊ proauiā in. d. l. cū eorū. §. affinitatis. etiā in materia correctoria fit extēsio vigore illi⁹ parificatiōis: vt no. per glo. in. l. si quis seruo persuaserit. ad fin. C. de fur. ⁊ in. l. qđ vero contra. in princ. de. ll. Bart. in. l. marcellus. in princ. j. ad tre-bel. ¶ Tu responde ꝙ materia dicte aut. matri ⁊ auie. est limitatoria ad regulam ꝙ femine non admittanť ad tutelam Limitatur in matre ⁊ auia. † Nam diceretur correctoria si desponeret omnes feminas admitti ad tutelam: vnde in limitatorijs bene licita est extensio. c. cum dilecta. §. nos igitur. ⁊ ibi do. Abb. ad hoc no. de cōfirma. vti. vel inuti. c. post translationē. §. quāꝗ. ⁊ ibi Bal. ad hoc no. de renū. Bar. ⁊ alij in. l. si cōstante. in prin. i. ix. q. prime partis prin. s. solu. matri. Et ita habes expeditum vtiliter istum. §.

3 ☞ Nepos posthumus natus apud hostes rediens domū: nācisciť iura sui heredis per fictionem postliminij.
5 Nepos qui nunquā fuit in potestate aui nec vere nec ficte efficitur suus heres auo.
6 Ille qui non tenet primum locum tempore quo moritur testator: tamen dicitur suus ⁊ si sit preteritus rumpit testa.
8 Est dare suitatem sine patria potestate.
9 Adoptiuus impropriе est suus.
10 Adoptiuus bene est suus vt succedat abintestato vt suus: tñ pteritus non rumperet testamentum sicut faciunt proprie sui.
11 Patria potestas non est necessaria ad suitatem.
12 Facilius conseruať suitas que semel fuit iuncta cum patria ptāte: quā ꝙ de nouo inducať sine patria potestate.
13 Ius galli appellatur ius antiquū: licet aliud ius antiquū precesserit. s. xij. tabu. ius velleianum dicitur nouum.
14 Lex noua disponens id quod. l. antiqua: dicitur ius antiquū nō autem ius nouum.
15 Ubi habemus determinationem certam non debemus querere: vnde illa determinatio processerit.
16 Ubi habemus claram decisionem. l. non est querendum de ratione ipsius legis.
17 Statutum est tenaciter obseruandum ⁊ verbis eius inherendum: ⁊ potestas qui iurauit obseruare statutum non debet recedere ab eo licet sit durum.
18 Qñ certum est actionem competere: sed dubitať que actio cōpetat: non cogiť actor exprimere: sufficit liquere iudici.
19 In iure nihil debet esse superfluum.
20 Captus ab hostibus fingitur per legem corneliam mortuus preambula hora ꝙ caperetur ita fingitur natus cum capitur: quia alias aliter mori non posset.
21 Mortuus apud hostes fingitur mortuus añ captiuitatem.
23 Fictio non fingit super his que sunt impossibilia de natura.
24 Fictio non cadit super impossibile de iure.
26 Fictio est semper contra veritatem.
27 Ex ficta traditione transfertur vera possessio ⁊ verum dñium.
28 In fictione translatiua sufficit principale extremum esse habile: licet illud quod in consequentiam vel accessorie resultat reperiatur inhabile.
29 Principale extremū in fictione translatiua est ille qui est captus ab hostibus in quo ipsa fictio cadit.
30 Quando quelibet pars dubitationis tendit ad eundem finem nō est curandum de illa dubitatione.
31 Quando incertitudo est non in facto sed in iure propter varias opiniones doctorum tunc admittiť libellus incertus etiam in re magni preiudicij.
33 Rei vendicatio ad quid competat.
34 Editio actionis fit vt reus reddať certus in defensionibus suis.

Si eius. Iste. §. est subtilis: ⁊ est difficilis in tex. ⁊ difficilior in gl. vt etiam dicit do. Alex. ⁊ ſm Dyn. Barto. Bald. ⁊ cōiter doc. Sceuola hic incipit formare aliquas dubitabiles questiones circa ea q̄ dicta sunt: ⁊ durāt vsꝗ ad. §. in omnibus. Uel ſm Paul. de cast. ⁊ do. Alexā. Sceuola etiam hic sicut ⁊ in superioribus supplet gallū in casu hic posito: quia gallus tantū prouidit quando nepos posthumus vere nascitur post mortem patris ⁊ aui. Hic autē ponitur casus quando nasciť vere ambobus viuis: sed nasciť inutiliter. s. penes hostes: ⁊ sic seruus hostium. ⁊ sic habeť pro non nato: tamen postea redijt ab hostib⁹ vtrisꝗ mortuis. s. a patre ⁊ auo. Unde cum nūc adipiscatur libertatem ⁊ ciuitatem censetur etiam nunc nasci ciuiliter. Ad quem casum prouisio galli non extendebatur: quia cum esset cōtra ius antiquū. l. xij. tabul. intelligebatur stricte de illo nepote qui vere nascitur post mortem vtriusꝗ: sed iste nascitur ficte post mortem vtriusꝗ: sed vere vtroꝗ viuēte inutiliter tamen vt dixi: ideo fuit necessaria suppletio Sceuole. Sed tu caue cum Sceuola hic non aperiat vtrum iste casus pertineat ad gallum vel ad legem velleiam: non videtur posse dici ꝙ hic ponatur suppletio ad galluз. ¶ Diuiditur in tres partes. In prima ponit vnam questionem in nepote. In scđa ponit aliam in pronepote: ⁊ sic non est nisi variatio personarum non autem iuris. In tertia pariter determinat vtrāꝗ non ad formandum qōnem sed circa ipsarum effectuз per quem ostenditur qōnem esse superfluam. scđa ibi: idem querendum est. tertia ibi: sed cū testamentum.
1 ¶ † Nepos aut pronepos natus apud hostes ex nuru vel pnuru ibi pregnāte viuis adhuc patre ⁊ auo: ⁊ reuersus ab hostibus post eorum mortem non rumpit testm̄ in quo reperiť filio substitut⁹ nec curať an excludať ad rumpendum per consilium galli an per prouisionem legis velleie hoc dicit. ¶ Et aduerte ꝙ supra in suppletionibus sceuole in. §. quid si is. vidimus qualiter prouideatur quando filius captus est ab hostibus hic ponitur quando non capitur filius sed eius vxor pregnans: ⁊ sic nurus testatoris. ¶ Dubium faciebat in isto tex. quia iste nepos posthumus erat substitutus filio sub duplici conditione: vna respicit filium: alia respicit nepotem posthumum. Prima conditio est si filius premoriatur viuo testatore: ⁊ ista cōditio extitit: quia filius mortuus est ante auū. Scđa vero constitutio respiciens nepotē est si ipse nepos nasceretur mortuo testatore: ⁊ ista scđa conditio defecit: quia natus est vtroꝗ viuente tam auo ꝙ filio: vnde tanꝗ preteritus volebat rumpere testamentum vt sic abintestato totam hereditatem obtineret: q᷑ forte alius fuerat coheres institutus qui habuisset dimidiam, iuriscon. determinat quod non potest rumpere testamentum cū non sit preteritus: imo substitutus: ⁊ reuersus est ab hostibus post mortem et filij et aui quo tempore censeť nasci ciuiliter: cum tunc recuperet libertatem ⁊ ciuitatē: ⁊ sic diciť impleri etiam scđa ꝯditio substitutionis ⁊ sic illa scđa cōditio que respicit nepotē: vcз si nepos post mortē meam nascetur verificatur in natiuitate ciuili per reuersionem ab hostibus: que euз habilitat: ⁊ nō in vera natiuitate apud hostes: cum tunc esset seruus hostiuз: ⁊ sic pro nihilo reputareť. Ex duabus ergo conditionibus prima fuit impleta vere naturaliter. altera ficte ⁊ ciuiliter: licet naturaliter videať defecisse: ⁊ istud sufficit ad sustentationem testamenti.
2 ¶ † Item aduerte ꝙ sicut pma cōditio respiciens filium: videlicet si filius me viuo moriať verificetur: siue moriatur naturaliter siue moriatur ciuiliter per deportationem vel desinat esse suus per actum ciuilem puta per emancipationem: vt est text. in. §. ⁊ quid si tantum. s. ca. l. ita scđa conditio que respicit nepotem: vcз si infra. x. menses a morte filij nepos nascetur verificatur siue nepos nascatur vere: ⁊ sic per actum naturalem efficiatur suus: vt hac. l. in pnc. siue nascatur ficte ⁊ sic per actum ciuilem per reuersionem ab hostib⁹: vt hoc. §. nec est curādum an nepos sic substitut⁹ excludať a rūpēdo testamentum per gallum: an per legem velleiam. ita habes enucleatū propriuз sensum huius. §. ¶ In tex. ibi. ibiꝗ viuo auo ⁊ ei⁹ filio pariat. Per hoc videť pertinere ad prouisionē. l. velleie. ex quo natus est viuo patre ⁊ auo. ¶ In tex. ibi post morteз patris ⁊ aui redeat. Et sic videtur pertinere ad cōsilium galli reseruo dicendum super glos.
3 ¶ † No. primo ex isto text. ꝙ nepos posthumus natus apud hostes: rediens domum nanciscitur iura sui heredis per fictionem postliminij: licet videreť ꝙ muliere pregnante capta ab hostibus non pōt dici captus qui est in vtero. argu. l. si pregnans. de euic. ⁊ l. sed addes. §. si quis ad mulierem. s. loca. si ergo nō potest dici captus existens in vtero: ergo fictio postliminij in eo locum habere non potest: quia locum habet in capto. ⁊ istud tenent Rapha. cu. do. Pe. de bexu. ⁊ do. Iaco. de puteo hic qui tenēt in hoc tex. procedere non ex fictione postliminij: sed ex quadam alia dispensatiua benignitate. Sed errant per text. clarum ad literam in. l. qui in vtero. s. de sta. ho. vbi dicit text. ⁊ si pregnās mulier ab hostib⁹ capta fuerit id qđ natum erit postliminium habet. ⁊ text. in. l. ab hostibus. §. non minus. ⁊ ibi gl. magistra. s. ex quib⁹ cau. ma. vbi dicit text. ꝙ natus apud hostes ita habet postliminium sicut ab hostibus captus. Sed illud qđ ipsi dicunt pcederet quando esset cōceptus in captiuitate: tunc non habet locum in eo fictio postliminij: vt est tex. in. l. j. C. de capti. ⁊ l. diui. j. eod. de cap. ⁊ ita expsse declarat Bar. hic in vlti. col.
4 ¶ † Scđo no. ꝙ iuriscō. habuit pro constanti ꝙ nepos natus apud hostes viuo auo ⁊ patre: rediens postea ab hostibus post mortem patris ⁊ postea aui nanciscatur iura suitatis: vnde si esset preteritus rumperet testamentum aui. Alias si hoc non esset verum ꝙ talis nepos efficeretur su⁹ heres auo frustratorium esset quesitum formatum in text. an rumperet testamentū: quia qui non est suus si pretereatur non rumpit testamentū. l. si filius qui in ptāte. vbi dixi. s. eo. ¶ Et sic correlarie inferūtur ex isto tex. duo que videntur mirabilia.
5 ¶ † Primum qđ iste nepos qui nunꝗ fuit in potestate aui nec vere nec ficte: tamen efficiatur suus heres auo qđ est valde nouum in ista materia ſm Areti. qđ autem iste nepos nunꝗ fuerit in ptāte aui nec vere nec ficte: patet q᷑ anteꝗ nasceretur: ⁊ si donec fuit posthumus nunꝗ fuit i potestate. l. si. j. de colla. bo. ⁊. l. si. de assignā. liber. quādo aūt vere ⁊ naturaliter fuit natus erat in captiuitate hostium: ⁊ sic cuз esset seruus hostiū non potuit esse in alterius ptāte. l. sic eueniet.

de adul. Item quādo reuersus est ab hostibus iam erat mortuus ⁊ pater ⁊ auus: ⁊ sic non entis non potuit esse qualitas nec patria potestas.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.petat.⁊.c.j.vt eccle.benefi.si ergo non fuit patria potestas non quoq; potuit esse suitas: q2 ad causandum suitatem requiritur patria potestas.§.sui.insti.de he re.quali.⁊ diffe. Bene facit text.ad hoc not.in.l.lege cornelia.in fi. ff.de testa.vbi dicit tex.q̃uis suus heres dici non possit qui in po

6 testate morientis non fuit. ¶ †Scd'a ex isto tex.infertur aliud mirabile ꝙ ille qui non tenet primū locum tempore quo moritur testator:tamen dicatur suus:⁊ si sit preteritus rumpat testamētum. Sed istud videtur contra tex.expressum in.l.si quis posthumos. §.si quis filium.ff.eo.⁊ in.l.si quis filio exheredato.in prin.j.de iniusto rupto. ¶ Propter hec duo que reputat impossibilia Are. hic in.iij.co.⁊ sequē.tenet hūc casum de subtilitate iuris pertinere ad.l.velleiam quasi non fingatur natus cū reuertitur qd' est cōtra cōem opinionem glo.magne quā Bar.⁊ alij cōmuniter sequunt.

7 ¶ †Moder. senen. ad ista duo respondent ꝙ sicut iura retinent in suspenso donec nascatur posthumus ⁊ reseruant iura suitatis. ipsi posthumo qui nunq̃ fuit in potestate tempore mortis testatoris vel natiuitatis eius.l.antiqui.ff.si pars here.peta.⁊.l.intelligendus.de regu.iur.ita ius ⁊ spes postliminij reseruat iura suitatis huic nepoti reuerso ab hostibus:licet nunquā fuerit in potestate aui:quia tunc quando reuertitur ab hostibus iuris fictione nasci censetur:vt etiam dicit gloss.magna hic. ¶ Ex qua ratione infertur scd'm eos ꝙ ex quo iura suitatis erant in suspenso ⁊ reseruata: licet cēseatur natus tempore quo reuertitur ab hostibus:tñ censetur fuisse suus vsq; retro tempore mortis testatoris.argu.l. heres quādoq;.cum ibi no.j.de acqui.here.⁊ consequenter cessat scd'm eos scd'm inconueniens de quo supra. Adde pro ista soluti. senen.bene facere qd' dicit text.in.l.pe.in fi.de suis ⁊ legi.in verbo per suspensi iuris cōstitutionem. ¶ Tu autem pro clariori solu.

8 aduerte circa primum assumptum Are.† quia imo est dare suitatem sine patria potestate:⁊ sic non est verum ꝙ ad causandam suitatem sit necessaria patria potestas.nam posthumus qui nascitur post mortem patris nunq̃ fuit in eius potestate.d.l.fina.de colla. bono.⁊.d.l.fin.de assignan.libe. ⁊ tamen quando nascitur dicitur esse suus heres patri ⁊ non ante: vt dixi.in.§.instituens.ff.ea.l.⁊si sit preteritus nascendo rumpit testamentū.l.posthumo.C.de contratabu.⁊.l.iij.§.ex his.j.titu.j. Item filius adoptiuus quamuis hodie non transeat in potestatem patris adoptantis nisi sit adoptatus ab auo paterno vel materno.§.sed hodie.institu.de adop.⁊ tamen est suus:vt est tex.in.l.cum in adoptiuis.C.de adop.in vlt. col.in princip.in verbo etiam sui heredis habere iura.⁊ ibi Bal. in.iij.col.ad hoc no.illum tex.⁊ dicit esse mirabile ꝙ quis sit suus ⁊ non in potestate. Tamen Are. hic qui de hoc perpendit tenet†

9 ꝙ adoptiuus improprie sit suus per text.instit.quibus mo.testa. infir.in princip.vbi scd'm eum dicit tex. quasi suus: ⁊ quia improprie:quia dictio quasi denotat improprietatem:vt per glo.⁊ scrib. in.l.si ante nuptias ff.sol. matrimo. ¶ Sed tu aduerte ꝙ ille tex. non sic dicit quasi suus: sed bene dicit quasi agnatione sui heredis:⁊ sic dictio quasi respicit agnationem ⁊ non suitatem:⁊ sic videtur ꝙ adoptiuus q̃uis non sit in potestate tamen sit suus.⁊ dicit Bald.in.l.ca quam.in.j.colū.in.fi.C.de fideicom.ꝙ existentia. sui heerdis habet locū i adoptiuis sicut in legitimatis.Si ergo adoptiui habent existentiam sui heredis:ergo existunt sui here

10 des. ¶ †Sed vltra Are.tu posses planius dicere ꝙ adoptiuus bene est suus vt succedat ab intestato vt suus:vt ibi.tamen preteritus non rumperet testamentum sicut faciunt proprie sui. Ita est text.in illa.l.cum in adoptiuis.in.§.sed ne articulum.⁊ insti.quib. modis testa.infir.in prin. Et propterea tex. ibi dicit etiam sui heredis habere iura scz ab intestato.⁊ sic aliud est esse vere suū:aliud habere iura sui heredis. Iuxta gloss.in.l.mercis appellatione. de

11 verbo.signifi.Bar.in.l.si maritus.§.legis.j.de adult. ¶ †Tertio ꝙ patria potestas non sit necessaria ad suitatem ostenditur: nam ingrediens monasteriū desinit esse in potestate patris cū transeat in potestatem abbatis.c.indecorum.de etate ⁊ quali. glo.in.l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de mino.⁊ tamen durat suus heres patri.l.deo nobis.⁊ ibi Cy.⁊ Bal.ad hoc no.C.de episco.⁊ cle.Bar. in.l.itez in potestate.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. De quo plenius dixi in.l.sub conditione.ff.eodem.ergo est dare suitatem sine

12 patria potestate. ¶ †Tamen ad hoc vltimum posses subtiliter respondere ꝙ facilius conseruat suitas que semel fuit iuncta cum patria potestate vt ibi:quam ꝙ de nouo inducatur suitas sine patria potestate per regulam.l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alie iur.⁊.c. quemadmodum. cum similibus.de iureiurā.Sed ista sol.videtur confundi per tex.in.l.lege cornelia.ad fi.ff.de test. vbi suitas non potest sustineri nec induci ex precedenti patria potestate:licet semel fuerit in patria potestate:⁊ sic primum videtur magis obstare. ¶ Quantum ad scd'm incōueniens ⁊ mirabile ꝙ ille qui non tenet primum locum tempore quo moritur testator dicatur suus ⁊ sic preteritus rumpat testamentū. Omissa responsione senen. ad hoc patet clara responsio ⁊ miror vehementer de Areti.quia in isto tex.prius fuit mortuus filius anteq̃ moreret testator:⁊ sic tempore quo mortuus est testator nemo precedebat nepotem in gradu.prout expresse tenet Gl.hic in verbo atq; aui: ⁊ Bart.hic in prima oppo.⁊ omnes sequuntur. ¶ Tertio not.ex

13 isto tex.† ꝙ ius galli appellatur ius antiquum; licet aliud ius antiquius precesserit.s.lex.xij.tabu.ius vero velleia.dicitur nouum. ⁊ istud est vtile scire propter regulam catonianā que ad leges nouas non pertinet.l.fi.j.de regu.cato. Item propter conditionem ex lege que solum habet locum in legibus nouis.l.vnica.ff.de cōdictione ex lege. ¶ Et exemplum in practica qualiter regula catoniana non pertineat ad legem velleiam tanq̃ nouam: habes in.l. si hereditas.§.qui filiuz.⁊ ibi gl. magna ad finem.ff.de testa.tutel.

4 ⁊ allegat gl.fin.magnam.hic in fin.⁊ nota bene † ꝙ lex noua disponens idem ꝙ lex antiqua dicitur ius antiquū non autem ius nouum:vt est tex.in.l.absentem.in verbo est vetus ius. ⁊ ibi Bal.ad hoc no.C.de accusa. sicut statutum disponens idem qd' ius cōmune non dicitur esse statutum sed ius cōmune. iuxta glo.not.in.c.j. vbi Cano.de constitu.in.vi.c.pastoralis.de fide instru.Bar.⁊ alij in.l.j.in prin.ad le fal.cum cōcordan.que idi tradi solēt. ¶ Quarto no.ex fine huius tex.ſm Bart.⁊ alios illud vulgatum noli plꝰ sapere q̃ oporteat: sed sapere ad sobrietatem. ⁊ est text.expressus qui hoc dicit in.c.j.de renuntia.in.vj. ⁊ sunt verba Pauli apostoli ad Corinthios.xij.c.⁊ tex.xlij.distin.in.c.sit rector. ¶ Quinto

15 no.ex eodem fine ſm Bart. † ꝙ vbi habemus determinationem certam non debemus querere vnde illa determinatio processerit. Nam ex quo habemus determinatum ꝙ nepos de quo hic non potest rumpere testamentum non debemus inquirere: istud non rumpere vnde proueniat an a iure galli an a iure velleie:quia non curamus de modo dūmodo habeamus effectum.l.si mater.C.de insti.⁊ substi.⁊.l.mulier.in princi.j.ad trebel. ¶ Ex hoc apparet ꝙ Imol. Rapha.cu. ⁊ domi.Alleran.inepte colligunt ex isto tex.

16 aliud not. † ꝙ vbi habemus decisionem legis claram non est querendum de ratione legis. Nam istud de ratione legis non inquirenda non probatur in hoc tex. nec istud not.Bart. Bald.tamen etiam notat ex hoc tex.⁊ sepe allegatur ꝙ ex quo habemus determinationem legis vel statuti non debemus inuestigare vlterius rationem. Istud tamen de ratione vt predixi non ponitur in hoc

17 tex. ¶ †Alibi dicit idem Bal.in repet.§.pena grauior.in.l.quid ergo.in.v.col.ff. de infa. ꝙ statutum est tenaciter obseruandum:⁊ verbis eius est inherendum:⁊ q2 potestas iurauit seruare statutum non debet ab eo recedere licet durum sit:⁊ cum statutum sit precisum non vendicat sibi locum arbitrium in materia statutaria: ⁊ ita consuluit assessori ꝙ obseruet ⁊ faciat.idem Bald.in.l.j.in fin. C.de arbi.⁊ in.l.cessante.in vlti.col.C. quomodo ⁊ quando iudex. ⁊ in.c. significante.in.ij.col. de appel.in.c.quoniam frequenter.§. ꝙ si super.ad fin.vt lit.non contesta.⁊ not.Bal.in aut.hodie.C.de iudi.⁊ alibi sepe. ¶ Sexto no.ex eo.fine tex.ſm Raph.cu.non esse disputandum de lana caprina. Unde Oratius. Grammatici certant de lana sepe caprina.⁊ dicit glo.xcvj.distin.in.c.bene quidez. non esse disputandum de eo qd' statim constare potest per.l.si is a quo.in prin.j.vt in pos.lega. Tamen de singulis dubitare non est inutile ſm Aristote.vt inquit gloss.in.l.iij.C. de summa trinitate.

18 ¶ †Septimo no.ex eodem fine tex.ſm Bar.j.in fi.ꝙ quando certum est actionem competere: sed dubitatur que actio competat non cogitur actor exprimere: sufficit enim liquere iudici: de quo reseruo dicendū.j.post gl.vt sequar ordinem Bar. ¶ Ante glos. Bar.simul format duas oppo.que debent separari cum tendant ad diuersa ⁊ separatas habeant solu. Nam iste tex.vult ꝙ si iste nepos fuisset preteritus rumperet testamētum. Contra de.l.si quis filio exheredato.in princi.j.titu.j.vbi nepos preteritus non rumpit testamentū.respōdet Bar.in secunda solu.ꝙ hic decessit prius filius ⁊ sic nepos tempore mortis testatoris reperitur tenere primū locum.⁊ ideo si reperiat preteritus rumpit testamētum. Sed in contrario filius adhuc erat in medio ⁊ viuebat. ⁊ ita etiaz tenet glo.hic in verbo atq; aui.⁊ dixi in tex.in secundo no.reprehendēdo Areti.⁊ Moder.senen.qui in hoc inaduertētur locuti sunt ad istum tex. ¶ Secunda oppo.Bar.est ꝙ captus ab hostibus preteritus non rumpit testamentum: vt.l.si quis posthumos.§.si filium.⁊ est in versi.diuersum.ff.eo respondet Bar.in prima solu.⁊ bene:qd' ibi non redijt: sed decessit apud hostes: ⁊ sic seruus hostium:ergo non potuit rumpere testamentum: licet preteritus cū pro nihilo reputetur.l.qd' attinet.j.de regu.iur.sed hic nepos captus ab hostibus redijt a captiuitate:ideo si fuisset preteritus hūc rupisset testamentum. ¶ Capio glo.in verbo ꝙ querēdum. Ista gl.fuit facta timore contrarij:quia iste versi.videtur esse superfluꝰ ⁊ repetere idem qd' supra dixerat contra.§. quibus.in proe.codi. vbi dicitur ꝙ nihil debet esse superfluum in iure. Propter hoc gloss.ponit duos intellectus ad tex. Tene primum qui est verus ⁊ clarus

⁊ clarus ꝙ iste versi. loquit̃ in pronepote nato apud hostes viuo
nepote ⁊ sic eius patre ⁊ proauo ⁊ reuersus est vtrisq̄ mortuis. ſꝫ
principium loquitur in nepote: ⁊ sic est sola variatio personaruꝫ:
⁊ in litera debet esse pronepotem: prout cõmuniter habetur. ⁊ sce
uola vbiq̄ in hac. l. postq̄. dixit de nepote: postea etiam subdit de
pronepote: istud semper obseruat ne videat̃ deficere in eo in quo
supra reprehendit gallum de diminutione: quia non fecit mentio
nem de pronepote. §. idem credẽdum. s̃. ea. l. ita etiam facit in hoc
§. quia primo loquit̃ de nepote: postea de ꝑnepote. ¶ Secũdus
intellectus reprobat̃ per Bar. ⁊ omnes ⁊ bene: quia si filius esset
premortuus tempore conditi testamenti nepos posthumus na-
sciturus ex eo non fuisset alienus: quia si tempore testamenti na-
tus esset fuisset suus ⁊ sic potuisset institui ſm. l. xij. tabu. Nec esset
querendum vtrũ pertineret ad cõsilium galli vel vellej. ¶ Scd̃o
reprehendit̃ per Bar. j. super glo. fi. magna. ſm Dy. quia gallus
prouidit in eo qui fecit testamentum viuo filio. sed ſm istum casuꝫ
esset factum post mortem filij: ⁊ sic non haberet locum prouisio
galli. ¶ Item ⁊ tertio ſm Rapha. cu. ⁊ Paul. de ca. ⁊ do. Alexan.
non est verum assumptũ glo. ꝙ secundus casus sit magis dubius
q̄ primus: imo est totum ecõtra: quia secũdus esset omnino indu
bitatus. Nam in primo casu in quo viuebat filius tempore nati-
uitatis nepotis nepos non erat futurus suus auo in oẽm euentũ
sed in scd̃o sic: ex quo filius qui iam erat sublatus de medio: ⁊ sic
nemo precedebat nepotem. ¶ Sed equiuocant circa istam glo. quia
gl. dicit ꝙ erat maius dubiũ in scd̃o casu. s. an tũc prouideat gal-
lus qui prouidet qñ filius adhuc viuit tempore testamẽti. non aũt
loquit̃ gl. respectu admissionis nepotis ꝓut ipsi dicũt. ¶ Quar
to ista glo. ſm Imo. male refert primũ caput legis velleie qd̃ ꝓui-
deat de nepote nascente patre suo ⁊ auo viuentibus: imo loquitur
quando nepos nascitur patre suo iam mortuo: sed bene viuente
auo testatore: vt habet̃ in. §. nunc de. l. velleia. ⁊. §. etiaꝫ si parente.
sed iste casus pertinet ad interpretationẽ Iuliani. de qua in. §. ille
casus indifficilis. ¶ Quinto dum gl. in fine dicit. Superius res-
ponsum aptari ad legem velleiam vt statim dices. ¶ Dic qd̃ male
dicit: quia contrarium expresse tenet glo. fi. magna circa medium
in versi. so. quidam dicunt. ¶ Capio glo. in verbo rumpatur. ibi
idem ⁊ si preteritus. Istud est omnino falsum ſm do. Christo. de
castel. ⁊ Rapha. cu. hic: quia imo si fuisset p̃teritus rũperet testa-
mentum cum efficiatur suus reuertendo ab hostibus. Alias non
pertineret nec ad gallum nec ad velleium: quia ambo loquuntur
de nepote suo qui preterit⁹ rũperet testm̃. ¶ Sed tu aduerte ista
gloss. non meruit reprehendi: quia loquit̃ clare considerato tem-
pore mortis aui. Nam formaliter sic dicit. Idem ⁊ preteritus qr
non erat suus cum auus moritur licet vere natus. Ita dicit gloss.
⁊ sic loquit̃ considerato tempore mortis aui anteq̄ rediret ab ho
stibus: quia tunc licet vere esset natus: tamẽ cũ esset in potesta-
te hostium ⁊ eorũ seruus non potuit tunc esse suus: et sic non po-
tuisset tunc rumpere testamentũ licet preteritus. ita loquitur gl.
Et in istis terminis bene dicit. Tamen post reuersionẽ ab hosti-
bus cũ efficiatur suus ⁊ fingat̃ semper fuisse in ciuitate bene tunc
rumperet testm̃ si esset preteritus ⁊ sic Rapha. cu. nõ bene respe-
xit quo tempore loquat̃ gloss. ¶ Capio glo. fi. magnam in verbo
excludat̃. que diuidit̃ per Bar. in quinq̄ partes. ¶ Sed ei⁹ diuisio
est diminuta ⁊ non comprehendit totam glo. sed omittit primaꝫ
partem quã Bar. expedit supra in scd̃a oppo. ¶ Item omittit vlti-
mam partẽ quã Bar. j. ad fi. expedit per viã nota. ¶ Unde inhe
rendo diuisioni Bart. ⁊ nihil omittendo: diuide istam glos. in se-
ptem partes principales. In prima declarat tex. ⁊ remouet vnaꝫ
oppo. que est scd̃a Bartol. ⁊ ponit illationem. ¶ In scd̃a gl. volens
plus sapere q̄ oporteat. Reuocat in dubium q̃onem formataꝫ in
tex. et non solutam tanq̄ superfluam. s. quo iure testamentũ istud
sustineatur vel per gallum vel per velleiũ. ⁊ arguit primo ꝙ non
pertineat ad gallum tribus fundamẽtis. ¶ In tertia probat ꝙ non
pertineat ad velleium nec in primo nec in scd̃o capite. ¶ In quarta
probat ad vtrũq̄ pertinere ⁊ sic ꝙ vtrũq̄ ius locum habeat. ¶ In
11 † Ego autem vt reddam articulũ magis solẽnem addo maiorem dubitationem. bonum est argumentũ de emphyteosi ad feudũ et ecõtra quãdo non est diuersitas rationis. ita dicit Specu. in. titu. de feudis. §. quoniã. in ver. iiĩ. in fi. Bal. in. l. liberti. in. viiĩ. col. C. de ope. lib. dixi late cumulãdo multa in. l. i. C. de iure emphyteo. Modo ego habeo q̃ si quis acqsiuit emphyteosim p̃ se et filiĩs nõ cõprehẽdunt nepotes nec pnepotes ita per quatuor fundamenta cõcludit Sali. in. l. iĩ. in. xxi. q. C. de iure emphy. vbi aliquãdo dixi. Jo. de imo. in. l. q̃d dicit. in antepe. col. ff. de verb. obli. et in. l. cum vir. ff. de cõdi. et demon. et i. c. potuit. in fi. de loca. sequitur Alexan. in consi. lxi. incip. considera tis bis de quib⁹ in themate. in. xvi. col. in. i. volu. et in cõsi. cxxviiĩ. incip. consideratis verbis instrumẽti. in. xi. col. et seq. in eo. volu. et nemo discrepat in hoc: qua ratione ergo in emphy. appellatione filiorum non veniunt nepotes aut pronepotes: et nemo discrepat ea. ratione in feudo. Contrarium tamen determinat Alex. p̃ tex. quem reputat ad hoc singularem in. c. i. §. i. in ver. et si clientulus. de alie. feu. vbi est tex. ẽm eũ q̃ in feudis nomẽ filiĩ ponit̃ p̃ quolibet descendente ex linea masculina: et ibi hoc firmat Bald. in. iĩ. col. in fi. et in. c. que in ecclesiarum. in antepe. col. de constitu. et in preludiĩs feudorum sed non ita clare subdit Alexan. q̃d ille text. clarius hoc probat dum equiparat quando feudum est cõcessum filiĩs: et quando est concessum heredibus masculis. nam hoc secũdo casu comprehendũtur omnes descendentes masculi: ergo idẽ et in primo casu: Nõ obstat ẽm eũ illud q̃d tenet Bar. in. d. l. liberorum. quia respondet q̃ feudũ non est proprie cõtractus s; gratia ẽm Bal. in preludiĩs feudorũ. in. vi. col. ibi plene Jac. de bel. fatetur tamẽ. d. Alexã. et dicit q̃d nisi editus fuisset ille text. nobis q̃ questio ista esset in periculo et q̃ alias fuit reqsitus vt p̃ parte contraria cõsuleret ipse noluit: licet aliĩ nõ aduertẽtes contrarium consuluerunt.

Adde Quod idem tenet Alexan. in cõsi. cxxiiĩ. in. iiĩ. volu. inci. super primo quesito. in. iĩ. col. et est i. iiĩ. volu. consi. cxxi. vbi allegat idẽ quod hic Tenendo istam opi. Alexan. potes respondere ad illud q̃d dixi de emphyteosi dupliciter.

12 ¶ † Primo q̃d licitum est arguere de emphyteosi dupliciter. Primo q̃ licitum est arguere de emphyteosi ad feudum: et est verum nisi in libro feudorũ aliud reperiatur specialiter statutũ vt in casu nostro. in. d. §. et si clientulus. ita dicũt scribẽtes. in. l. si mihi et titio. ff. de verbor. obligatio. et dixi late in. l. i. C. de iure emphy. Secundo responde q̃ ideo in emphyteosi appellatione filiorum non veniunt nepotes: eo quia empyteosis est contractus. d. l. i. et toto tit. C. de iure emphy. et. §. adeo. institu. loca. sed in contractu appellatione filiorum non veniunt nepotes: vt p̃ Barto. in. d. l. liberorum. feudum autem non est proprie contractus: sed gratia vt. s. dixi et sic in proposito deficeret. Tu autẽ aduerte q̃d tex. in. d. §. si clientulus. parum imo nihil facit nec est vera inductio Alexã. dum dicit quod ille tex. equiparat bene feudum q̃n est cõcessum filiĩs vel quando est concessum heredibus masculis: quia istud est falsum et tex. non facit istam equiparationem: solũ enim dicit tex. q̃d verbum sine herede in feudis intelligitur. i. sine filio masculo: et sic ille text. bene dicit q̃d appellatione heredis in feudis intelligitur filius masculus: sed non dicit ecõtra q̃d appellatione filiĩ in feudis intelligatur de herede: et sic Alexã. non bene ponderat: quia ponderat econtra q̃ dicat tex. imo glo. ibi in verbo: ad dominium in fi. dicit quod ille text. innuit q̃d in feudis appellatione filiorum non veniunt nepotes. Est bene verum quod glo. illa in fi. expresse firmat illud quod tenet Alex. nam glos. ibi querit expresse: nunquid appellatione filiorum in feudo veniant nepotes et tenet quod sic: et illam glo. ibi ponderat domi. Marti. lauden. not. glos. et simpliciter sequitur. Sed tu aduerte q̃d illa glos. simpliciter mouetur quod filiorum appellatione etiam nepotes continentur. d. l. liberorum. sed illud fundamentum gl. est fragile. quia in contractibus et in emphyteosi non continentur vt predixi. ¶ Secundo aduerte inquantum Alexan. dicit quod si non fuisset editus ille text. quod illa. q. esset in periculo. ille tex. vt dixi parum facit. Ego autem puto quod etiã sine illo text. res adeo est clara quod est indubitata et miror quod vnq̃ dubitauerit de hoc. Moueor in primis: quia feudum est beneficiũ proprie. tex. est in. c. i. §. pe. in quibus causis feud. amit. expresse Barto. in. l. i. in vlti. col. C. de iur. et fac. igno. et in. l. fi. ff. de consti. prin. modo in vltimis voluntatibus: in quibus solum fit larga interpretatio aut largior. c. cum dilecti. de dona. in vltimis voluntatibus appellatione filiĩ veniunt nepotes et pronepotes. l. liberorũ. vbi firmat Barto. quanto fortius in feudis: vbi fit largissima vel latissima interpretatio. d. l. fi. ff. de consti. princip. et. d. c. cũ dilecti. appellatione filiorum proculdubio debent venire nepotes et pronepotes. Secundo ita in terminis decidit Bart. in. d. l. liberorum. in. iiĩ. col. in versi. quero quid in rescriptis. vbi tenet formaliter q̃ si rescriptum principis sit beneficium: puta si imperator concedat castrum in feudum alicui: tunc etiam continẽtur nepotes et pronepotes appellatiõe filiorum. ¶ Tertio istud idem q̃d in feudis appellatione filiorũ veniant nepotes et pronepotes tenet ad literam Pe. de anch. in commen. c. canonũ statuta de cõstit. in. xiiĩ. questione prin. in materia interpretationis declaratorie. in ver. sed quandoq̃ verbum filiĩs ponitur in concessionib; usgratiosis. Habes etiam no. Bal. quem ipse etiam no. in. c. que in ecclesiarum. in. xviiĩ. colũ. de consti. in fi. vbi formaliter dicit q̃d si concessum est alicui feudum pro se et suis filiĩs: intelligitur de descẽdentibus in infinitum: eo quia materia est indifferens quo ad gradum. vnde nomẽ filius significat ẽm naturã huius cõtractus totam lineam descẽdentium: sed si materia esset indifferẽs nõ quo ad gradum intelligeretur solum de liberis primi gradus. ar. l. iubemus. C. ad trebel. ita ibi dicit Bald. et sic habes vere et vtiliter istum passum q̃d in feudis appellatione filiorum veniunt nepotes et pronepotes: sec⁹ in emphyteosi.

13 ¶ † Ultimo Bart. querit an appellatiõe aui cõtineatur auia: et an appellatiõe auie nunqd veniat proauia.

Adde Circa vltimã. q. Bart. q̃ idẽ et plenius tenuit bar. in. d. l. cui eorum. §. affinitates. vbi dicit se per illũ text. iam consuluisse q̃ q̃uis text. in auk. matri et auie. C. q̃n mul. tut. offi. fungi po. dicat q̃ tutela defertur solum matri et auie: tamen intelligitur etiã de proauia. nã proauia est auia licet addat̃ p̃positio. idẽ tenet Bar. in. l. si quis sub conditione. in. iiĩ. colũ. ff. de testa. tutel. Bal. in. d. §. affinitates. per rationẽ illius tex. idem tenet Imo. Rapha. Alexan. Are. hic Cõtrarium tenet Ange. et Pau. de cast. hic et plenius Ang. et Pau. in. d. §. idẽ credẽdũ. s. eadem. l. et Ange. et Rapha. fulg. in. d. l. cui eorũ. §. affinitates. vbi dicit q̃ semper damnauit istam opinio. Barto. et semper reputauit falsam: et idem Ange. in. d. auk. matri et auie. et Ludo. ro. in. l. i. C. de succes. edic. mouentur p̃ text. in. §. ex his. in. auk. de here. ab intest. col. ix. vnde sumitur dicta auk. matri et auie. vbi dicit text. matri et auie solis defertur tutela. ergo patet q̃ nõ proauie: sed ad illum tex. respondent Imo. et Mod. q̃ dictiones taxatiue non excludũt casus similes nec impediunt extensiones que fiunt per alias. ll. l. ob es. cum glo. C. de pred. mino. l. serui nomine. vbi glo. et Barto. cum si. ff. de vsuca.

14 † Tu in spẽ de dictione solis. q̃d non excludat casus similes allega glo. in. l. cũ notissimi. in princi. in verbo: solam. C. de prescrip. xxx. anno. et glo. in. l. cũ qui. in. §. si petẽti. in v̓bo duntaxat. ff. de pub. in rem acti. gl. in. l. i. iuncto tex. ff. de cõdi. fur. et gl. in. l. fi. C. de. ll. in v̓bo solus. no. Bal. et Sali. l. j. C. de bono. pos. cõtratab. ¶ Secundo mouetur cõtra Bar. quia in materia correctoria vt est. d. auk. matri et auie. appellatiõe auie nõ d; venire pauia p̃ regulã. l. p̃cipimus. in fi. C. de ap. et per hoc r̃ndent ad tex. l. in quo se fundat Bart. in. d. l. cui eorum. §. affinitates. q̃d ille text. non loquitur in materia correctoria prout hic.

sed in materia exorbitanti. Sed ad istud fundamentum respondent Jmo. et Mod. qd vt regule antique parificentur: etiam in materia correctoria fit extesio iuxta glo. in. l. si quis seruo persuaserit. C. de fur. glo. in. l. qd vero contra. ff. de. ll. expresse Bar. in. l. marcellus. in princi. j. ad tre. in aut. sed cum testator. C. ad. l. falci. ergo videtur quod possit fieri extensio per. d. l. cui eorum. §. affinitates. Tu autem responde clarius quod materia. d. aut. matri et auie. et vnde sumitur non est correctoria sed solum limitatoria in matre et auia: diceretur enim correctoria si disponeret in omnibus feminis. vnde succedit regula: quod in limitatoriis et sic in iuribus ponetibus fallen. licita est extensio. text. est in. c. cum dilecta. §. nos igitur. et ibi Abb. ad hoc no. de confirma. vtili vel inutili. et text. in. c. post translationem. §. ꝑꝑ. et ibi Bald. ad hoc not. de renun. expresse Bart. in. l. si constante. in princi. in. ix. q. prime partis. s. solu. matri. et ista est planior sol. Et per ista remanet expeditus presens. §. cum laude dei. etc.

1 Verbum rumpatur presupponit validitatem.
2 De solennitate et forma testamenti est institutio vel exheredatio filii in potestate et liberorum in potestate tenentium primum locum tempore testamenti.
3 Si filius a principio consentiat se preteriri valebit testamentum
5 Quando ius respicit formam indistincte non potest illi renuntiari.
6 Institutio filii tacita proueniens ex. l. sufficit vt valeat testamentum.
7 Ad validitatem institutionis filii non requirit qd sit liquida et certa dummodo fm veritatem sit pura.
9 Si in testa. sit aliqd relictum filio alio titulo qȝ iure institutionis: dr esse preteritus et poterit contratabulare testamentum.
10 Filius de iure ffoꝝ debebat habere legitimam titulo honorabili institutionis.
11 Que sit ratio quare testamentum est ipso iure nullum quando filius in potestate est preteritus.
12 Quando. l. aliquid introducit pro forma quauis actus introducatur in fauorem alicuius non potest per consensum partium illi renuntiari.
13 Consensus filii non firmat testamentu quantu ad nullitatem ex causa preteritionis.



Inter cetera. Testamentum in quo filius in potestate est preterit⁹ est nullum. h. d. In tex. ibi liberis. Intellige obtinentibus primu locu tpe testamenti vel postea. l. postbu-
1 morum. j. titu. j. In tex. ibi rupatur: quia verbu rupatur presupponit validitate. l. na et si sub coditione. ver. post defectu. j. titu. j. Istud adaptatur ad posthumu preteritu vbi vz testamentu anteq nascatur. l. posthumo. C. de cotratab. et. l. vxoris abortu. C. de postbu. here. insti. Adaptatur etia ad nepotes: q postea post conditu testamentu ceperunt tenere primu locu: et quod sequitur in text. testamentu ab initio est inutile adaptatur ad iam natu et
2 ad nepotes obtinentes primu locu tepore testameti. No. primo ex hac. l. qd de solennitate et forma testamenti est institutio vel exheredatio filii in potestate et liberoru in potestate tenentiu primu locu tpe testameti. concordat text. in. l. gallus. §. in oibus. s. e. et insti. de exhere. lib. in princ. Ratione huius regule posui post Bar. in. l. in suis. s. co. ibi dedi plures limitationes ad hanc regula. Intellige fm Pau de cast. hic: qd institutio vel exheredatio filii est de solennitate testameti. s. priuata sed non publica: et ideo potest ei renuntiari per filiu tam ex postfacto. vt. l. filio preterito. j. titu. j. vbi filius in potestate preteritus non obstante preteritione potest approbare testamentu. vt ibi. et. l. si impubes. §. fi. j. de carb. edic. qȝ a principio si filius cosentiat patri testati qd eu preterierat. Iuxta not. per gl. in. l. si quado. §. et generaliter. C. de inoffi. testa. Solennitati aut testameti introducte in fauore publicu ne falsitates comittant: puta de nume. vii. testiu et qd sint rogati. et de subscriptionib⁹ et sigillis testiu in testameto inscriptis. et qd vno cotextu fiat testamentu de quib⁹ solennitatib⁹ p glos. in. l. si queramus. de test. renutiari non potest. l. nemo potest. de lega. i. et. l. no dubiu. C. de test. Ita tz magistraliter Pau. de ca. hic. Alii nihil tangut. Adde qd idem tenet Pau. de cast. in. l. i. s. co. Ide simpliciter tenet Are. in rub. s. co. vbi etia aliqd dixi. ide ante eos no. tz Bart. in. l. i. §. sed et fili⁹. j. de leg. ii. p tex. in. d. l. filio
3 preterito. j. titu. j. Ide qd qn filius ab initio consentit se preteriri a patre: q valeat testm tenet Ange. in. d. l. si posthumos. §. j. s. e. et ibi do. Alex. ad fi. idem sequitur. Sed Jo. de imo. ibi tenet cotrariu. Cu non sit seruata forma tradita in hac. l. Istud etiam impugnat subtiliter Areti. in. d. l. nemo potest. in. viii. colu. et idem Are. in. l. si filius qui in potestate. in. vi. col. s. eo. motus per illud qd tenent Bar. et alii in. d. l. si quado. §. et generaliter. qd si filius simpliciter consentiat preteritioni: tamē preteritio filii reddit testamētu nullu: q exheredatio vel institutio filii est introducta p solennitate formali testamenti: ideo volutate filii tolli non potest. Ite contra Bar. retorquet Are. tex. in quo se fundat Bart. s. in. d. l. filio preterito. vbi tex. dicit qd de iuris subtilitate testamentum est nullu qd non esset si filius posset renuntiare illi fauori. l. si quis in coscribedo. C. de pac. et lz approbatio et ratificatio filii preteriti sustineat testametu de equitate pretoria: vt ibi dicit text. tame illa equitas pretoria inducta in fauore testameti no est trahenda in cosequetiam. Tu stringe fortius quia si veru esset fundamentu Barto. qd in. d. l. filio preterito: ideo filius preterit⁹ possit approbare testamentu eo quia talis solenitas fuisset introducta fauore priuato ipsius filii certe testamentu tale deberet reconualescere etiam de iure ciuili cuius contrarium dicit ille text. Sed ad hoc posses respodere qd ideo iuris subtilitate no recoualescit
4 testametu: vt ibi dicit text. et eo quia a principio fuit nullu: vt hoc tex. et. l. si filius qui in potestate. s. eo. et insti. de exhe. lib. in princi. Unde qd ab initio fuit nullu: non pot de iuris subtilitate reconualescere per regulam. l. qd ab initio. j. de reg. iur. Item cotra Bar. et sequaces fortiter facit: quia nulli subtilitati per legem introducte debet posse renuntiari etia si principaliter respiciat fauorem priuatum: vt est clare de mete Bar. in. l. ius publicu. s. de
5 pac. et in. d. l. si quis in conscribedo. vbi tenet Bar. et q quado ius respicit formam indistincte non possit illi renutiari: sed quando non respicit formam nec solennitate: sed respicit effectu. tunc si respicit publicam vtilitate non potest ei renutiari. secus si respiciat priuata. Ita ibi clare tenet Bart. et sequit. d. Ant. de but. i. d. l. si diligeti. et Are. in. d. l. nemo potest. in. viii. col. et ista pars mihi nunc plus placet: quicquid dixerim in rub. s. eo. et pro ista parte etiam pondera bene facere istum tex. in verbo necessario. Na non esset de necessitate si filius posset renuntiare et est nouus et subti-
6 lis passus nondu per aliquem sic discussus. Ad istud primu no. tex. Adde qd institutio filii tacita proueniens ex lege: sufficit vt valeat testamentu. tex. habes et exemplu in. l. ii. C. de inoffi. testame. et. l. titius. §. lucius. s. e. et. l. fi. C. de postbu. here. insti. Et ita tenent Joa. de imo. Rapha. cuma. et Areti. in. l. si pater filiu. j. de vulga. et pupil. Accedat opi. Barto. in. l. gallus. in princi. s. eo. vbi tenet qd si testator dicat si filius me viuo morietur nepotem ex eo qui post mortem infra. x. menses nascetur substituo: qd per illa verba filius dicitur tacite institutus et valet testamentu per. l. si quis ita heres instituatur si legitimus. j. de here. insti. Sed illa
7 opi. Bart. communiter reprobatur: ibi dixi. Item adde qd ad validitatem institutionis filii non requiritur quod sit liquida et certa: dummodo fm veritatem sit pura. tex. est sing. in. l. institutio talis. §. fi. et ibi Bal. not. et reputat diligenter tenendum meti. j. de codi. insti. et reputat mirum Areti. in. l. impossibilis. in. ii. no. ff. de vb. obli. Scdo no. ex tex. ibi instituendis vel exheredandis eo iucto qd sequitur ne preteritis. qd filius dicitur preterit⁹
8 qui no fuit institutus nec vt opz exheredatus. Adde text. meliorem de iure in. §. ea. insti. de here. que ab intesta. gl. in. l. v. §. i. s. de inoffi. test. Ide notant Pau. de ca. do. Alex. et alii in. l. posthumo. per illu tex. C. de cotratab. Idem no. Jo. de imo. Rapha. cu. et do. Alex. hic vnde etia si de filio facta fuerit mentio in testameto non tame eu instituedo vel exheredando dr esse preteritus: et habet bo. pos. cotratab. que liberis preteritis conceditur. l. quida et ibi not. Bart. C. de fideicom. l. ii. et ibi not. Barto. ff. de lega. iii.
9 Jmo si in testamento aliquid sit relictum filio sed alio titulo qȝ iure institutionis dicit esse preteritus et pot cotratabulare testametum. l. ita tame. l. q rogatus. j. ad trebel. et. l. si filius. de here. insti. precipue per iura noua autenticorum: vt dicam in sequenti nota. Jmo si filius substituatur vulgariter vel pupillariter heredi scripto adhuc dicitur esse preteritus in primo gradu et pot cum cotratabulare vel dicere nullu. l. ex facto. §. lucius. j. de vulga. et pupil. et. d. l. si filius. vbi tex. no. de here. insti. Lud. ro. i cosi. cccccxvi. incipie. in casu proposite cosultationis in quo primo
10 querit. Tertio et vltimo no. ex hoc tex. qd filius de iure ffoꝝ debebat habere legitimam titulo honorabili institutionis. cum tex. regrat qd debebat institui: et sic no sufficiebat alio titulo relinqui. facit lex ita tamen. §. q rogatus. j. ad trebel. Et circa hoc insistunt Bal. Jmo. et latius do. Alexan. et Areti. hic: nec aliud tangunt. Sed non expedit hoc examinare quia esset sine vtilitate ex quo hodie iure nouissimo aut. requiritur qd habeat titulo institutionis. §. aliud quoq capitulum. in aut. vt cum de appel. cog. col. viii. Et ita tenet gl. et doc. in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. vbi late posui et tradidi quaplures limitationes: quaru aliquas extrauaganter ponit dominus Alexan. hic: ibi etiam posui multas questiones circa hoc et non est materia huius. l. sed propria materia illius aut. nouissima. Item adde inquantum superius in primo no. plene examinaui quando filius de eius voluntate preterit in testo patris: an testm valeat. Adde qd prima opi. tenet etia Lud. ro. in. l. posthumo. C. cotratab. Mot⁹ q: volenti no fit iniuria. l. i. §. vsq adeo. j. de iniur. et. l. cu donatiois. C. de trasa.

Confirmo

1 ¶ †Cōfirmo vltra eū qr q̄ testamentū in quo filius in potestate
est preteritus sit nullum ipso iure: istud est propter iniuriam que
fit per testatorem ipsi filio. Ita dicit tex. in. §. hec autem disposui
mus. in aut. vt cum de appella. cog. col. viij. sed iniuria non fit vo
lenti vt dixi. Item quis potest iniuriam remittere. l. nō solum. §.
iniuriarū. ff. de iniu. ¶ Sed ad hoc fundamentum potes respon-
dere quod istud non est inductum in solum fauorem filij propter
solam eius iniuriam: sed etiam in odium patris nō seruantis for
mam traditam a lege vt superius dixi. ¶ Idem etiam breuiter
tenet dominus Alexan. de nullo scribentium faciens mentionem
in. d. l. posthumo. in. xiij. colum. ad finē. Motus per. l. non puta-
uit. §. si qs sua manu. ff. de contratabu. et per gl. in. d. l. si quando.
§. generaliter. Idem late tenet Ange. in. l. qui se patris. in repeti
tio. in. xi. colum. et sequen. C. vnde libe. vbi dicit quod alias repe-
tendo. publice dictam. l. filio preterito. instituit publice hanc con
clusionem quod quando filius in potestate cōsentit preteritioni
quod testamētum valeat etiam de iure ciuili. Motus quia quod
filius in potestate debeat institui vel exheredari a patre est: quia
dominium cōtinuatur a patre in filium. l. in suis. ff. eo. et. §. sui. in-
sti. de here. quali. et differen. Unde nisi pater remoueret istam cō-
tinuationem non posset alium heredem instituere quia duo repe
rirentur heredes insolidum. Sed quando filius consentit se pre
teriri apparet qnod vult dominium continuari in eum. Ideo
tunc valet testamentum. Ad hoc etiam allegat. c. q̄uis. de pact.
in. vi. et. d. l. non putauit. §. si quis sua manu. vt ibi diffusius p eū.
Sed dic quod ista fuit ratio assignata per Bar. in dicta. l. i suis.
sed communiter ibi reprobatur ibi dixi. ¶ Tene secundam opi-
nio. p fundamenta que superius adduxi: quāuis prima opinio
videatur esse magis communis. Et vltra fundamenta que addu
12 xi: †confirmo qr quando lex aliquid introducit pro forma quan-
uis actus introducatur in fauorem alicuius non potest per con-
sensum partium illi renuntiari vt est gl. no. in. l. a diuo pio. ff. de ri
tu nup. quam glo. multum no. Bald. in. l. non dubium. in. xi. col.
C. de legi. et in. l. iubemus. §. sane. post princip. C. de sac. san. eccle.
et in. l. ea que. C. de dona. ante nup. et in. l. cum mulier. ff. sol. matri
mo. et in. c. lator. in fi. de re iudi. ¶ Item quando lex aliquid ītro
ducit pro forma: et vltra expresse procedit annullādo actum vt ī
casu presenti. vt est tex. insti. de exhere. lib. in princi. ibi alioquin
si cum silentio preterierit inutiliter testabitur. Tunc tollit omnē
dispositionem. et facit vt consensus partium nihil operetur. glo.
est in. c. dilecto. de preben. glo. in. c. statutum. in prin. in verbo co
mitatur. et in. c. dispendia. in verbo processus. de rescri. in. vi. Ar-
chi. et Gemi. in. c. cum de beneficio. de preben. in. vi. Jo. de ana.
in. c. quia frustra. in. iij. colum. de vsur. Ad idem quod in specie te
13 net Bald. in. d. l. si quando. §. et generaliter. †vbi concludit quod
consensus filij non firmat testamentum quantum ad nullitatem
ex causa preteritionis: quia quando ius disponit de certa solen
nitate seruanda in actibus hominum non potest illi per pac-
tum renuntiari. d. l. nemo potest. et ad tex. in. d. §. si quis sua ma-
nu. respondet dupliciter vt ibi per eum. ¶ Et tenendo istā par-
tem non obstat glos. in. d. l. si quando. §. et generaliter. quia loqui
tur quādo filius volens fuit exheredatus a patre: et sic seruata
fuit forma tradita a lege: et licet in exheredatione requiratur ho-
die insertio cause: illud procedit quando quis exheredatur pro
pter demerita et sic inuitus quod non est hic. Sicut quando fi-
lius instituitur a patre sub conditione potestatiua potest in eius
defectum exheredari sine insertione alicuius cause: quia talis ex-
heredatio procedit de voluntate filij scdm Cy. in. l. si pater. i vlti
ma questione. C. de institu. et substitu. Dixi in aut. non licet. C. de
liberis preritis. Sed nos loquimur in preteritione in qua pa-
ter non seruat formam traditam a lege. Ideo nimirum si tunc te
stamentum redditur nullum non obstante consensu filij preteri-
ti. Et ita tene quāuis prima pars sit magis communis. Et ita
etiam late tenui in. d. l. posthumo. et ita habes istum passum ple
ne examinatum.

1 ☞ Preteritio filij capti ab hostibus non annullat testa. si ibi-
dem moriatur.

2 ¶ Captus ab hostibus cum sit seruus non est in potestate testa
toris.

1 Cum apud. †Preteritio filij capti ab ho-
stibus non annullat testamen
tum si ibidem moriatur. hoc dicit. ¶ Ratio quia re-
gula legis precedentis que requirit filium debere in
stitui vel exheredari procedit in filio qui est in potestate testato-
2 ris: vt ibi dicit text. et hic. †Sed captus ab hostibus cum sit ser-
uus hostium non est in potestate testatoris. Item cum sit seruus
hostium est incapax successionis cum ipsa sit de iure ciuili. l. lege
obuenire. ff. de vboꝝ significatio. et seruus est reputatus p nihilo
quo ad ea q̄ sunt iuris ciuilis. l. quod attinet. ff. de regu. iur. Si ta-
men reuerteretur ab hostibus: quia fictione post liminij fingere-
tur semper fuisse in ciuitate. Tūc si esset preteritus rūperet testa-
mentum. l. si quis filio exheredato. §. sed et si pater. ff. titulo primo
glo. et Barto. in. l. gallus. §. in omnibus. ff. eodem.

1 ☞ Filio exheredato non cōmittitur edictum de bono. pos. con
tratabu. et sic non aperitur via ad contratabu. beneficio alterius
filij preteriti.

2 Licet exheredatio filij emācipati sit nulla ppter preteritionē filij
in potestate: tamen non potest exheredatus habere contratabu.

3 Exheredatio minus legitima non excludit a contratab. cum ha-
beatur pro preteritione.

4 Exheredatus tacite potest contrabulare.

6 Sicut instituto aperitur edictum ad contrabulandum de iure
pretorio per filium preteritum: ita etiā aperitur ius dicendi nul
lum de iure ciuili.

7 Exheredatio presupponit iniuriam personalem.

8 Sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla.

9 Petitiones que non fiunt in figura iudicij debent esse apte con-
cepte al's nil operātur.

10 Iudicium bo. pos. summarie tractatur et non in figura iudicij.

11 Testamentum in quo filius in potestate est preteritus: ipso iure
deducit rem ad causam intestati.

12 Testamentum in quo filius in potestate est preteritus: est omni
iure nullum. s. ciuili et pretorio.

14 Suus preteritus non potest approbare testa. in preiudiciū emā
cipati exheredati.

15 De regula q̄ quis cōsequatur ex persona alterius qd ex sua ha
bere non potest vide remis.

Si filio. Emācipato exheredato suus pre-
teritus nō aperit edictū ad contra
tabulandū. sed ambo ab intestato succedunt. Concor
dat tex. in. l. i. §. fin. ff. si tabu. testamen. nul. exta. ¶ In
tex. ibi emancipato. Idem scdm Rapha. cuma. esset in filio ī po
testate: et ita apostillat istum tex. et plus nō dicit. Alij nihil tan-
gunt. Tu dic quod tex. cum mysterio loquitur de filio emācipa
to exheredato prout etiam formaliter loquitur text. in. d. l. i. §. fi-
na. ff. si tabu. testamē. nulle exta. vt dicam. ff. in quarto nota. ¶ In
text. ibi is qui. s. nepos ex filio emancipato scdm primum intelle-
ctum glo. vel melius si is. s. filius scdm alium intellectum glo. et sic
tex. loqtur in duobus filijs: et iste est planus et verus intellectus.
¶ In tex. ibi veniunt. s. suus de iure ciuili vel de iure pretorio p
vnde liberi si vult. Sed emancipatus solum: per vnde liberi et nō
de iure ciuili isto tempore vt. d. l. i. §. fina. ff. si tabu. testa. nul. exta.
1 ¶ †Nota primo q̄ filio exheredato non committitur edictum
de bono. posses. contratabu. et sic non aperitur via ad contratabu
landum beneficio alterius filij preteriti et sic exheredatus nō ha
bet contratabu. nec ex psona propria. vt. l. non putauit. in princ.
ff. de cōtratabu. nec ex persona filij preteriti quia exheredato nō
aperitur edictum p preteritum. l. si post mortem. §. exheredati.
de contratab. quia satis est qd iure suo habeat remedium rescissi
uum querele vt dicunt duo text. preallega. ¶ Et sic pondera hic
2 esse tex. not. †qd licet exheredatio filij emancipati sit nulla pro-
pter preteritionem filij in potestate propter quam testamentum
redditur in totū omni iure nullum. vt. l. inter cetera. in fi. et. l. si fi-
lius qui in potestate. ff. e. et. l. i. ff. titu. i. et. l. i. §. fi. ff. si tabu. testa. nul.
exta. tamen non potest exheredatus habere contratabu. vt hoc
tex. not. ¶ Et ex hoc habes no. limitationem ad. d. l. nō putauit
3 §. non quequis. vbi †exheredatio minus legitima non excludit a
cōtratab. cum habeatur pro preteritione vt ibi. quoniam illud
est verum quando exheredatio est nulla ex alio defectu q̄ preteri
tionis filij in potestate. vt hic est tex. nota. Et ita etiam not. istum
text. Joā. de imo. et domi. Alexan. et Areti. sed assignat rationem
diuersitatis. Unde dic congruentius quod dictus. §. nō quequis
procedit quādo exheredatio est minus legitima quo ad seipsum
filium exheredatum puta quia non est facta pure. l. iij. §. i. ff. eod.
Secus quando annullatur propter filium preteritū. Ista est tex.
nota. hic. Et ista sunt valde subtilia. ¶ Limita scdm do. Alexan.
et Areti. quando filius erat exheredatus ab omni gradu. tunc
procedit nota. superius datum. Secus si ab vno sit exheredatus
et ab alio institutus. in quo alius in ptāte erat preteritus. tunc
bene aperitur edictum ad contratabulandum per preteritum.
text. est in. d. l. non putauit. §. exheredatus. Sed aduerte ista li-
mitatio non est ad propositum quia ibi aperitur edictum: nō vt
exheredato sed vt instituto. Et planum est instituto aperiri edi-
ctum ad contratabulandum per preteritū. d. l. si post mortē. §. fi.
ff. de cōtratabu. et. l. si is q in potestate. et. l. nonnūq̄. et. l. si duo de le
ga. prestan. ¶ Ultra eos limita singulariter predictam regulā
4 procedere in exheredato expresse. †secus est in tacite exhereda-
to vt quando filius de iure isto instituebatur in minori portione
quā esset legitima sua: tacite videbatur exheredatus et compete-
bat sibi querela. l. papi. §. vnde si qs. ff. de inoffi. testamē. et. l. cum

queritur.C.eo.ꝛ tamen huic sic tacite exheredato cōmittitur edictum per preteritum:ꝛ potest cōtratabulare.vt est text.in.l.fi.§.i.ff.de leg.iij.ꝛ.l.filium.§.sed si impubes ex vncia.de leg.prestan.et expresse firmat glo.in.l.ꝛ si contra.in glo.prima magna ante medi.ff.de vulg.ꝛ pupilla.Ita singulariter limitat Areti.in.d.l.ꝛ si contra.in vltima colum.vbi dicit qd est noua limitatio ad.d.l.si post mortem.§.exheredati.¶Tu subtilius considera quod ille potest dici casus mixtus:quia ibi filius non est omnino institutus ex quo non habet integram legitimam.Item nec omnino

5 exheredatus cum sit i aliquo institutus.†Ideo lex facilius sibi succurrit:vt sibi per preteritum aperiatur edictum ad contratabulandum.Et sic potes congruentius limitare regulam suprascriptam quod exheredato non aperitur per preteritum edictū ad contratabulandum vt procedat in mere exheredato:et sic quando est in totum expresse exheredatus.secus in eo qui habetur pro exheredato:vt est institutus in legitima:quia illi bene aperitur edictum ad contratabulandum beneficio preteriti:sicut aperitur instituto vt in iuribus preallegatis.ꝛ est pulchra limitatio ad.§.exheredati.¶Sed caue diligenter cum habeat querelam:vt iuribus preallegatis non videretur quod debeat posse aperiri edictum ad contratabulandum per preteritum.d.§.exheredati.quia satis est qd habeat querelā iure suo vt ibi dicit tex.et in.l.non putauit.in principi.et istud est etiam subtile ad intelli

6 gendum.¶Item adde predictis quod sicut†instituto aperitur edictum ad contratabulandum de iure pretorio per filium preteritum vt iuribus preallega.ita etiam aperitur ius dicendi nullum.de iure ciuili:quia contratabu.de iure pretorio datur eo iure et ordine quo ius dicendi nullum de iure ciuili.l.i.§.i.et.l.si in adoptionem.§.fina.de contratabu.Et ita in specie tenet Barto.in.d.l.si post mortem.§.fina.de contratabu.Ludo.roma.in cōsi.xxiiij.incipien.postmodum autem.Tamen ius querelandi non aperitur instituto:beneficio exheredati.l.mater decedens.ff.de inofficio.testamen.cum gloss.in verbo ex testamento.et ibi expresse Ange.in.iij.colum.qui dicit quod istud vult illa gloss.valde intellecta.ratio diuersitatis potest esse:quia querela est magis odiosa ꝙ contratabu.secundum Barto.in.l.certum.in ante

7 penul.colum.C.vnde legi.†Item exheredatio presupponit iniuriam personalem.l.papi.in princi.et.l.si filius.ff.de inoffi.testamen.ideo personam non egreditur.Bene facit lex maximum vitium.circa medi.C.de lib.prete.¶Secundo not.ex tex.ibi nihil agit:quod qui male vel inepte petit nihil agit.Et ideo libellum inepte conceptum debet iudex proprijs dentibus lacerare.vt est glos.in.l.i.de offic.asses.et ibi dicit Barto.quod ita quotidie fit in practica.Ibi plene dixi.et glo.in.l.ij.C.vt nemo priua.Et gl.

8 i.c.sacerdotibus.xi.questio.i.†Item sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla.vt est glos.reputata singula.institu.de obliga.in verbo scdm.ad fi.quam ad hoc dicit esse singula.ꝛ non reperiri alibi in mundo.Bald.in.l.actori.C.de reb.cred.et i.l.ex hoc iure.in penultima colum.et in.l.ius pluribus.circa princip.ff.de iusti.ꝛ iur.et i.l.peremptoria.in.iij.colū.C.sent.rescind.nō pos.Et est bonus text.hic dum dicit nihil agit.Nam si postea valeret sententia non diceretur nihil agere.¶Imo singularius

9 probat iste text.scdm Bald.ꝛ alios†quod etiam petitiones que non fiunt in figura iudicij tamen debent esse apte concepte:alias nihil operantur:vt hic est tex.Et sic facit scdm Imo.quod etiam in casibus in quibus proceditur sine figura iudicij:et sic vbi non requiritur libellus.cle.sepe.de verborum significatio.tamen repellitur inepta petitio.De quo dicit esse dicēdum vt no.in.d.clemen.sepe.et per Barto.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo sine figura iudicij.cum concordan.hic traditis per do.Alex.¶Item facit iste text.scdm Rapha.cuma.qd vtens remedio incompetenti etiam in actu qui non explicatur in forma iudicij licet haberet aliud remedium competens:tamen nihil agit vt hoc

10 tex.†Nam iudicium bono.possess.summarie tractatur et non in figura iudicij vt no.gl.in.l.ij.§.si causa cognita.de bono.possess.titulo generali.ꝛ probatur in.l.si seruus.in princip.illo eodem titulo vbi admittitur seruus ad petendum bono.possess.ꝛ tamē seruus nō potest esse in iudicio ordinario.l.seruus.C.de iudicijs.¶Vide tamen tex.in.l.filius emancipatus.in prin.de colla.bo.qui in casu contrario videtur probare:quod si intentat contratabulas intentatas.Sed illa queritur in bono.possess.vnde liberi ſm Raph.cuma.hic:qui dicit quod ita etiam debet intelligi ista lex:ꝛ qd nullus doctorū aduertit ad illum tex.Tamen relinquit cogitandū.¶Tu aduerte qd imo ille tex.videtur dicere contrarium ibi cum ea possessio petita sit frustra.ꝛ sic videtur cōcordare cū ista.l.¶Item aduerte ſm Rapha.cu.ꝛ do.Alexan.qd suprascriptum not.colligitur ex isto tex.intelligendo qd isto tēpore requirebatur exprimi ex quo capite peteretur bo.possess.vt.l.quādiu.in verbo ex quo capite.ꝛ ibi Pau.de cast.ꝛ Mod.no.C.qui admit.licet hodie sit secus per.l.fin.ꝛ ibi Bald.vbi dixi.C.e.

qui admit.¶Tertio no.ex isto tex.in vbo ab intestato ſm Bal.

11 Imo.ꝛ alios†qd testamētum in quo filius in potestate est preteritus ipso iure deducit rem ad causam intestati ꝛ sic non est necesse qd filius preteritus intentet nullitatem ꝛ sic preteritione filij in potestate testamentum redditur nullum ipso iure etiam anteꝗ̄ filius preteritus declaret velle esse nullū.De quo vltimo plene dixi in.l.posthumo.C.de cōtratabu.ꝛ in.l.si filius qui in potestate.ff.eo.facit tex.in.l.inter cetera.in fi.in verbo inutile est testamētū.ff.eo.vbi vtitur verbo presentis tēporis inutile est ergo importat ipso iure ſm glos.in.l.in criminali.cum si.C.de iuris.om.iudi.¶Alibi dicit no.Bald.in.l.suus heres.in primo not.per illum tex.C.de repudian.here.qd filius preteritus potest agere petitione hereditatis:dicendo se heredem ab intestato absqꝫ eo qd vllā faciat mentionem de nullitate testamēti:ꝛ si excipietur de testamento replicabitur de nullitate qd Bald.ibi reputat notadum.idem dicit Ang.in.l.postꝗ̄.ff.de petitio.here.ꝛ sequit etiā Are

12 hic.¶Quarto not.ex eodem verbo ab intestato†qd testamentū in quo filius in potestate est preteritus est omni iure nullum non solum ciuili sed etiam pretorio.Nam hic emancipatus succedit ab intestato de iure pretorio p bo.pos.vnde liberi.ergo testamentum etiam de iure pretorio est nullum:quia si valeret de iure pretorio quādiu posset de iure ptorio succedi per scdm tabu.ex testō nunꝗ̄ succederetur ab intestato per vnde liberi.l.i.C.de bo.pos.ſm tab.ꝛ.l.quādiu.secūda.ff.de acqui.here Cōcordat similis tex.in.l.i.§.fi.ff.si tabu.testa.nul.extab.ꝛ ibi plus dicit text.pinde ac si nullas tabulas pater reliquisset.De quo puncto late disputando dixi in.l.posthumo.C.de contratabu.¶Sed aduerte diligēter qd Ludo.roma.in.d.l.posthumo.subtiliter dicit quod ideo i ista.l.ꝛ in.d.l.i.§.fina.testamentum est nullum etiam de iure ꝑtorio eo quia filius emancipatus erat exheredatus ꝛ filius in potestate preteritus:vnde emancipatus exheredatus erat destitutus omni remedio.Non enim poterat cōtratabulare quia exheredatis nō datur contratabu.nec eis per filium preteritum aperitur edictum ad contratabulandum vt dixi.ff.in primo no.Nō quoqꝫ emancipatus exheredatus poterat hic admitti ad querelandum per bono.posse.gratia litis agnoscende:eo quia querela non potest intentari nisi adita hereditate per scriptum heredē.l.filium.in ver.sed cū exheredatio.ff.de contratabu.ꝛ.l.papi.§.si cō

13 ditioni.de inoffi.testamen.†Sed per scriptum heredem non poterat adiri hereditas:cum filius in potestate esset preteritus ꝛ sic testamentum erat nullum de iure ciuili.l.si filius qui in potestate.cum similibus.ff.eodē.Nec etiam poterat per scriptum heredem peti bono.possess.scdm tab.donec filius preteritus potest cōtratabulare.l.equissimū.in princip.ff.de bono.possess.scdm tabu.Ideo cum filius emancipatus qui erat exheredatus esset destitutus omni remedio pretor ex equitate cōcessit ab intestato bono.possess.vnde liberi.iste est proprius casus huius.l.ꝛ dicte.l.prime §.fina.et sic vides qꝫ ista iura cū mysterio loquuntur in filio emācipato exheredato:quod etiam statim clarius ostēdetur.¶Do.Alex.in.d.l.posthumo in.ix.col.reprehendit istum intellectum Lud.per text.in.l.filium.in princip.de contratabu.vbi filius in potestate fuit exheredatus emācipatus preteritus et extraneus scriptus heres:et tamen ibi filius exheredatus non habet ab intestato bono.possess.vnde liberi.Sed vehementer errat quia ibi ponitur casus contrarius ad istum.Nam ibi filius in potestate fuit exheredatus emancipatus autem preteritus quo casu testamentum bene valet de iure ciuili.vt etiam firmat glos.in verbo emācipato.ꝛ sic scriptus heres poterat adire de iure ciuili vt ibi dicit text.et sic querela poterat habere locum vt ibi dicit text.in versicu.sed quemadmodum.ꝛ sic ibi filius in potestate exheredatus poterat querelare:et sic non erat destitutus omni remedio.ideo pretor ibi noluit concedere ab intestato bono.possess.vnde liberi.quia si violasset regulas nō solum iuris pretorij sed etiam iuris ciuilis.Sed in ista.l.et in.d.l.i.§.fin.fuit totum ecōtra:quia filius emancipatus fuit exheredatus et filius in potestate fuit preteritus quo casu cum testamentum sit omni iure nullū:emancipatus exheredatus reperitur omni remedio destitutus.vt.ff.declaraui.ideo tunc ex equitate datur vnde liberi.ꝛ iste est verus intellectus ad ista iura.et nunc perfecte intelligis quare iste text.ꝛ tex.in.l.i.§.fina.loquantur in emācipato exheredato.¶Isto modo etiam tollitur alia difficultas que potuisset moueri cōtra istum tex.et.d.l.primam.§.fin.quod videantur imposite verbis et non rebus contra.l.secundam.in fi.C.commu.de lega.ꝛ.c.commisse.§.i.de elec.in.vi.Nam bonorū possessio contratabu.expugnato testamento deducit in effectu rem ad causam intestati vt postea competat bono.possess.vnde liberi.Unde cum hic emancipato exheredato competat vnde liberi:vt dicit text.parum videbatur curandum an posset contratabulare:quia non videtur curandum de modo quādo habemus effectū.l.si mater.cū simil.C.de insti.ꝛ substi.Nam ex dictis.ff.in primo not.plane apparet

quare

quare huic emancipato exheredato non competat querela. De-
inde hic vidiſtis rationem ſpecialitatis quare ei detur ab inteſta
to bono.poſ.vnde liberi. Et ſic habes enucleatũ ſenſum huius.l.
finalis. ¶ Ultimo no.ex eodem tex.ſm Bald.Imo.Raph.cu.
14 ⁊ Areti.hic.† q̇ ſuus preteritus non poſſet approbare teſtamẽ-
tum in preiudicium emancipati exheredati:cum text.dicat eum
venire ab inteſtato ⁊ ſic ſit ſibi ipſo iure aperta via ad ſucceſſio-
nem inteſtati,propter preteritionem filij in poteſtate. De quo ꝑ
glo.⁊ Barto.in.l.ſi poſt mortem.§.fi.de contratab.late per do.
Alex.poſt alios in.l.poſthumo.in prima ⁊ ſecũda char.C. de cõ
tratab.per Imo.do Alex.⁊ latius Arc.in.l.⁊ ſi cõtra.ſ.de vulg.
⁊ pup. ¶ Capio glo.fi.in verbo venient.quam diuide in quinq̃
partes. In prima ponit primum intellectum ad tex. In ſecunda
alium. In tertia ꝓ primo intellectu allegat duas.ll. In quarta
colligit ex tex.nota.et ad illud allegat concordantes. In quinta
et vltima allegat vnam concordan.ad iſtum tex. ſecunda ibi: ſed
certe hic nihil. tertia ibi. Ad primam poſitionẽ facit. quarta ibi.
Item no.q̇ habeat per alium. quinta ⁊ vltima eſt ibi:item facit.
ſ.eodem. Gloſſ. ergo ponit duos intellectus ad text. Primus
eſt q̇ veniant ſcilicet per edictum de coniungen.cum eman.libe.
et ſic q̇ iſte text.loquatur de nepote in poteſtate retento ex filio
emancipato. Sed gloſ.reprobat iſtum intellectum per duo ſi be
15 ne aduertis.†. Primo quia illud edictum eſt hodie correctum.⁊
ſic ſequeretur q̇ etiam iſta lex eſſet hodie correcta:quod non eſt
dicẽdum.l.vni.C.de inoffi.do.⁊.c.cum expediat.de electio.in.vi.
In hoc dic melius prout dixi in.l.gallus.§.et quid ſi tantum.ſ.
eodẽ.et vide per do.Alexan.hic. ¶ Secundo reprobat gl. quia
hic nihil dicitur de nepote. ¶ Tu reproba iſtum primum intel-
lectum ex alio.ſ.per tex.in.d.l.j.§.fi.ſ.ſi tabu.teſt.nul. exta.vbi eſt
idem text.et ibi dicit cõpetere vnde liberi. non autem illud edi-
ctum de coniungen.cum emancipato libe.q̇ competit etiam cõ
dito teſtamento.vt per Bart.in.l.j.in princi.de coniungen.cum
emancipa. libe. ⁊ ſic competit etiam quando ſucceditur ex teſta-
mento vt ibi declarat Barto.ergo non competeret vnde liberi.
Unde tene ſcd̃m intellectũ glo.qui eſt planus q̇ iſte text.loqua-
tur in duobus filijs. ¶ Poſtea gl.in quarta parte notat ex iſto
text.q̇ exheredatus hic habet per alium quod per ſe habere nõ
poteſt: de quo quomodo procedat dic vt per Barto.in.l.labeo
de vſuca.et in.l.ariſto.ad fin.que res pigno.ob.poſſunt.per bal.
in.l.humanitatis.in quarta opp.C. de impu. ⁊ alijs ſubſti.⁊ huic
regule adde text.in.l.ſi minor.et ibi gloſſ.de verbo.obligatio.⁊ in
c.primo.et.et ibi glo.fi.et.Gemi.de offi.ordi.in.vi.⁊ in.c.j.et ibi
gloſſ.⁊ Gemi.⁊ in.c.vt litigantes.⁊ ibi Gemi.de offi.ordi.in.vi.
16 et in.c.fina.et ibi Gemi.ne cleri.vel mona.in.vi. ¶ † Iſtam regu
gulam q̇ quis conſequatur ex perſona alterius q̇ ex ſua perſo
na habere nõ poſſet cumulate ampliaui per.xvij.principales de
ciſiones in.l.ſi emancipati.C. de colla.vbi omnino videas. Po-
nit do.Feli.in.c.j.de reſcrip. Et per iſta cum laude Dei ⁊ glorio
ſiſſime virginis cuius hodie vigiliam celebramus remanet expe
dita iſta lex.⁊ per conſequens totus titulus de libe.⁊ poſthu.die
xiiij.Auguſti.

¶ Finis prime partis Commentariorum dñi
Iaſonis Maym Mediolañ.ſuper Infortiato.

Regeſtum.

Aa.Bb.Cc.Dd.Ee.Ff.Gg.Hh.Ii.Kk.Ll.Mm.Nn.Oo.
Pp.Qq.Rr.Ss.Tt.Vv.Xx.yy.zz.Aaa.Bbb.Ccc.Omnes
ſunt quaterniones.


colorchecker CLASSIC




























calibrite

